A 1609

VIII.

6925

Loci communes poetici.

David Fröhlich

1

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"
/314.ig.j./

6925 Loci communes Loe

CUm in Juventute mea uſitatos in Scholis Poëtas legerem, excerpſeram tum ex iis ſententioſos quosvis Verſus, colloquia familiaria illuſtrantes, iisq; gratiam ſingularem conciliantes, quos juxta ſeriem Alphabeticam in Locos quaſi Communes diſpoſueram. Illud enim & ſummi Viri facere ſolent, qui lectionem ſibi periiſſe putant, ex qua nihil Adverſaria ipſorum creverint. Illos ergo verſus Gnomologicos dignos cenſui, ut tandem lucem viderent, ſiquidem uſu eorum ingenium compendioſe acuitur, & judicium Tyronum tempeſtivius, minusq; tædioſè formatur; & quod ego ex ipſis Autoribus maximâ cum moleſtiâ, longoq; temporis diſpendio collegi, vel alii moralis Philoſophiæ Sectatores in hodiernum usq; diem facere ſolent, id in hoc Libello brevisſimâ viâ, utilisſimâ cum voluptate lectoris, jam præſtitum eſt. Non quidem improbo lectio-





" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

nem ipſorum Operum Metricorum: nam ut vulgo dicitur:

*Dulcius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.*

At, quia non cujusvis Adoleſcentis Vitæ conditio fert, ut multum temporis in lectione Poëtarum conſumat, ad hæc juxta Hippocratis 1. Aphoriſm. Sect. 1. Vita brevis ſit, ac artes plures diſcendæ: hinc illi, qui ætatem ſuam in humanioribus diſciplinis conterere nolunt, nec eos ad hoc neceſſitas ulla adigit, contenti eſſe poterunt cognitione Verſuum ejusmodi utiliorum, ex ipſis Autoribus congeſtorum.

Præclarè aliàs de Juventute ſtudioſa merentur, qui prolixos Scriptores in Epitomas redigunt, quippe, quæ cum brevitate, lucis adferant plurimum, tùm verò efficiant, ut rebus multò utiliſſimis puerorum animi à primis ſtatim annis imbuantur, & ornentur. Quæ mihi quoq; cauſa fuit, cur inſigniores ex Poëtis Verſus quondam collectos in provectiori hac ætate mea, addito Indice locupletiſſimo, perneceſſario, tanquam reſpirationis meæ minus otioſæ à Calendariographia anniverſaria, eaq; varia, & aliis ſublimiorib⁹ ſtudiis meis, teſtes, ob oculos ponerem, quo eos Juventus in conſpectu haberet, imitari, & ad uſum accommodare poſſet.

Etſi autem hæc puerilia & parva videntur: tamen, qui penitius meum ſcopum conſideraverit, is non inficias ibit, ea, quò ad fructum multiplicem, eſſe virilia & vi ſua permagna. Sunt enim ſtudia hujusmodi pueritiæ fundamenta quædam non modò eruditionis, ſed variæ Prudentiæ, cunctarumq; Virtutum in vita tàm publica quàm privata exercendarum. Et talia Monoſticha hominem vel ad bonum amplectendum, vel ad malum vitandum mirum quantum inſtigare ſolent. Ex hac ergo Gnomologia, ſive cum ſermonicandi, ſive ſcribendi facultas ſeſe obtulerit, de

 quocunq;

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

quocunq; Argumento familiari, tanquam è penu Verſiculus unus atq; alter peti atq; in medium proferri poteſt.

Cæterum ad Humanitatis Virtutisq; Arcem hanc ædificandam, dum ego auxilii apporto aliquid, etiamſi labor obſcurus ſit, minime tamen eum refugi, & ut in lapicidarum artificioſorum numero non ſim, inter cæmentarios tamen, atq; bajulos ipſos non faſtidio adhiberi.

Vobis verò pari Adoleſcentulorum Magnificæ indolis ac Generoſæ Spei, in hac tenella veſtrâ ætate, ſub una diſciplina Aulico-Scholaſtica ſimul viventibus, & pariter ab uno eodemq; Didaſcalo, Eruditisſimo nempe ac pientisſimo Viro, Dn. Simone Hradecio Amico meo, informatis, Libellum hunc, impenſis meis excuſum, inſcribere & dedicare volui, cum, ut utrosq; vos in optimarum literarum, & nobilisſimorum morum curriculo deſudantes hac ratione ulterius inſtimularem, tum verò, ut animum gratum, beneficiorumq; à Magnificis & Generoſis Dominis Genitoribus Veſtris acceptorum, memorem oſtendere cuperem.

Veſtrum, Optimi Adoleſcentuli, erit, non tantum libenti animo hunc à me profectum libellum ſuſcipere; ſed & asſiduâ lectione & exercitatione Vobiscum familiarem & bene cognitum reddere. Sic enim certò futurum eſt, ut, divinâ asſiſtente gratiâ, fructum inde percipiatis haud quaquam pœnitendum.

Deus omnium bonorum ac donorum Autor, qui mentes veſtras ad virtutes heroicas & excellentẽ artium honeſtarum cupiditatem excitavit, is etiam conatus & Studia veſtra gratiæ & benignitatis ſuæ aura clementer provehat, ut Viri facti, ſtudio virtutis intenſi, amore Patriæ inflammati, calamitates quasvis publicas ſublevetis, & pruden-



" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

tiæ Veſtræ dexteritate ſedetis, eoq; conſilia veſtra dirigatis, ea, laudabili Magnificorum & Generoſorum Dominorum Parentum exemplo, cogitetis, faciatis, promoveatis, quæ ad glorioſam propagationem nominis divini, Eccleſiæ afflictæ ſalutem, & Patriæ conquaſſatæ reſtaurationem ſpectant. Dab. in Patria Caiſmarcini, ſub montibus Carpathicis Pannoniæ, in Comitatu Scepuſienſi ſiti, KL. Febr. Anno redemti Orbis 1646.

**D. Fr.**

David Fröhlich

1. Aprece

# A.

A *prece principium, cum prece finis erit.*
2 *A bove majori diſcit arare minor.*
3 *A cane non magno ſæpe tenetur aper.*
4 *Accidit in puncto, quod non ſperatur in anno.*
5 *Accipe parva mei lætus munuſcula cenſus.*
6 *Accipe quamprimum brevis eſt occaſio lucri.*
7 *Accipias paleam, ſi non vult ſolvere nequam.*
8 *Accipit oblatum Medicus, a dare non ſolet, aurum.* Oven.
9 *Adde parum parvo, magnum cumulabis acervum.* a Galen.
10 *Adde quod ingenium longâ rubigine læſum.* Ovid.
11 *Ad generum Cereris deſcendunt morte tyranni.* Petr.
12 *Ad Lunæ motum variant animalia corpus.* Manil.
13 *Adde quod à ſenibus rerum prudentia major.* Ovid.
14 — *Adeò à teneris aſveſcere multum eſt.*
15 *Ad medias inter cœdes exultat Amazon.* Virg.
16 *Ad mortem ſic vita fluit, velut ad mare flumen.* Oven.
17 *Adſis incepto Chriſte benigne meo.*
18 *Adverſas res eſt animus formandus ad omnes.*
19 *Adverſum forti pectore vince malum.*
20 *Adverſus morſum Sycophantæ pharmaca non ſunt.*
21 *Adverſus notum noli contendere verbis.* Cato.
22 *Ædibus in ſacris non fas tractare prophana.*
23 *Ægrè formoſam poteris ſervare puellam.* Ovid.
24 *Ægroto vinum robur mirabile confert.*

A 5 25 Ægypti

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

25 Ægypti ſulcus Libyæ non curat arenas.
26. Æquo animo pœnam qui meruêre ferant.
27 Aeris ignifluos intendit Iulius æſtus.
28 Æſtati Autumnus, Vernum ſuccedit hyberno.
29 Æſtatem Cancer, Leo trux cum Virgine complent.
30 Æſtas Autumno, Vere levatur Hyems.
31 Æſtas non ſemper durabit, condite nidos.
32 Æſtas ſicca calet, formoſa eſt meſſibus æſtas.
33 Affectus pravos linque quietus eris. Petr.
34 A gravibus curis Curia dicta venit. Fauſtus.
35 Ah tu! ne dubita, minuet vindicta dolorem. Ov.
36 Alliciunt ſomnos tempus motusq; merumq;. Ovid.
37 — Alit omnis terra peritos.
38 Alma Venus, rerum genitrix, hominumq; voluptas.
39 Alta cadunt vitiis, virtutibus infima ſurgunt.
40 Alterat humanos ſors malefida ſtatus.
41 Alterius capiti quod quis, ſtruit, id ſibi quisq;.
42 Alterius non ſit, qui ſuus eſſe poteſt.
43 Alter ab alterius fraude perire ſolet. Petr.
44 Alter ob alterius dotes non invida verſet.
45 Alter rixatur de lanâ ſæpe caprinâ. Hor.
Altiùs erectum gravius cadit omne ſuperbum. Cic.
47 Ambulet ut cancer rectà, haud effeceris unquam.
48 Amiſſis nummis anxietate cares. Petr.
49 Anglorum portæ ſunt Portus, Mœnia, Claſſes. Ov.
50 An neſcis longas regibus eſſe manus? Ovid.
51 An neſcis tua ſit quàm breve forma bonum?
52 Annis triginta Saturnus conficit orbem. Petr.
53 Ante fuit vitulus, qui nunc fert cornua taurus. +
54 Ante oculos damnum eſt, ſi fias ſponſor amici.

55 Ante



55 Ante Dei vultum nil perpetratur inultum +
56 Aprilis raſtrum tollendo, temperat agrum.
57 Aprilis viridi conveſtit gramine campum.
58 Aptetur reliquo qui non eſt aptus in uno.
59 Arbitrii noſtri non eſt, quid quisq; loquatur. Cato.
60 Arborei fœtus alibi atq; injuſſa vireſcunt.
61 Arbuſtum geminos non alit Erithacos. Alciat.
62 Arcanum demens detegit ebrietas. Verg.
63 Arcanum neq; tu ſcrutaberis ullius unquam.
64 Arcta via eſt vitæ, quæ ducit ad æthera ritè.
65 Ardua per præceps gloria vadit iter. + Ovid.
66 Ardua res, carum eſſe ſimul Regiq; gregiq;.
67 Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores. Mart.
68 Arma amens capio, nec ſat rationis in armis.
69 Armaq; in armatos ſumere jura ſinunt. Ovid.
70 Ars nunc pane caret, panis mox arte carebit. X
71 Arte alium quâ quis capiet, capietur eâdem.
72 Arte, citæ veloq; rates remoq; reguntur. Ovid.
73 Arte levis currus, arte regendus amor. Ovid.
74 Artibus ingenuis quæſita eſt gloria multis. Ovid.
75 Arvaq; ſubvertit plerumq; ſuperfluus imber.
76 Aſcenſus gravis eſt, facilis deſcenſus in Aula
77 Anne fovent ſimiles Orcus & Aula gradus?
78 Aſpera Virtutis via: quid tum? plana fit uſu,
79 Aſperitas ceſſat deniq;: Fama manet.
80 Aſpera qui perfert, ſuper aſtra per aſpera fertur. +
81 Aſper ab Axe venit Boreas, furit Eurus ab Ortu. Manil.
82 Aſper equus duris contenditur ore lupatis. Ov.
83 Aſperior ſtimulus duris eſt aptus aſellis.
84 Aſperius nihil eſt humili, cùm ſurgit in altum. Claud.

85 Aſpiciunt



" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang.:"
/314.ig.j./

# A.

85 Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia juſtis. Ovid.
86 Aſsideat portæ non invitatus honeſtè.
87 Aſsiduus reparat perdita quæq; labor.
88 At benè nummatum decorat ſvadela Venusq;] Hor.
89 Attendas, magis illa juvant, quæ pluris emuntur. Juv.
90 Attenuant juvenum vigilatæ corpora noctes. Ovid.
91 Attenuant vigiles corpus miſerabile curæ.
92 At manet in vita cui mens animusq; remanſit. Cic.
93 At pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier: Hic eſt.
94 Atq; bonis meritis gratia nulla datur.
95 Atq; vetus Thebe centum jacet obruta portis. Juven.
96 At ſi tardus eris, errabis, tranſiet ætas. Ovid.
97 At vindicta bonum vitâ jucundius ipſâ. Juven.
98 Audax in proprio gallus ſolet eſſe fimeto.
99 Audentes fortuna juvat — — Ovid.
100 Audet vel lepus exanimi inſultare leoni.
101 Audendum eſt; fortes adjuvat ipſe Deus.
102 Audi, cerne, tace: cui publica contigit uxor. Oven.
103 Aula domus ſcelerum nutrix eſt aula malorum.
104 Aurea libertas toto non venditur auro.
105 Auri ſacra fames, quid non mortalia cogis
Pectora. Virg.
106 Auribus eſt etiam certus habendus honor. Stigel.
107 Auro pulſa fides, auro venalia jura. Mart.
108 Auro quid melius? Iaſpis, quid Iaſpide? Virtus.
109 Aurum deſtructor vitæ, princepsq; malorum.
110 Aurum lex ſequitur mox ſine lege pudor.
111 Aurum omnes victâ jam pietate colunt. Mart.
112 Aurum & opes & rura frequens donabit amicus. Mart.
113 Aurum ingens perdis, fidum ſi perdis amicum. Petr.

114 Aurum

# A.

14 Aurum Virgilius de ſtercore colligit Enni. Oven.
15 Auſpicium DEVS, & finis DEVS eſto laboris
16 Auſpicio tali, ſic bene cedet opus.
17 Auſter amat medium Solem, Zephyrusq; cadentem. Mart.
118 Auſtria ventoſa eſt, ſine ventis eſt venenoſa.
119 Aut prodeſſe volunt aut delectare Poetæ. Hor.
120 Aut ſumus, aut fuimus, vel poſſumus eſſe, quod hic eſt.
121 Autumni fructus caveas ne ſint tibi luctus.

# B.

1 Bacchus amat colles, Aquilonem & frigora Taxi.
2 Bacchus & afflictis requiem mortalibus affert.
3 Bacchus & argentum mutant mores ſapientum.
4 Bacchus Germanos vexat, ſed fœmina Gallos.
5 Balnea corporibus proſunt, ſed viſibus obſunt.
6 Balnea, Vina, Venus corrumpunt corpora noſtra.
7 Balnea, Vina, Venus, ſanant quoq; corpora noſtra.
8 Batte malis etiam conſidere rebus oportet. Eob.
9 Bella famem, peſtemq; fames mortalibus affert. Oven.
10 Bella gerant alii, tu Pari ſemper ama.
11 Bellum ideò geritur, Pax acquiratur ut alma.
12 Bellum ſæpè petit ferus exitiale Cupido. Virg.
13 Blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos. Mant.
14 Bruma venit denſis tu frigora pellibus arce.
15 Bubulat horrendum ferali carmine Bubo,

# C.

1 Calles antiquos ſerves veteres & amicos.

2 Candida

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"
/314.ig.j./

# C.

2 *Candida pax homines: trux decet ira feras.* Ovid.
3 *Candida ſimplicitas ubi nunc, probitasq; fidesq;.* Ov.
4 *Candor in hoc ævo res intermortua pene eſt.*
5 *Cantabit vacuus coram latrone viator.*
6 *Cantator Cygnus funeris ipſe ſui.*
7 *Cantet, amet quod quisq;, levant & carmina curas.*
8 *Capta avis eſt pluris, quam mille in gramine ruris.*
9 *Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem.*
10 *Carius eſt quidquid multa mercede paratur.*
11 *Carmen amant veræ ſanctum & ſine labe Camœnæ.* Mant.
12 *Carmina jam moriens canit exequialia cygnus.* Ov.
13 *Carmina laudantur, ſed munera magna petuntur.* Ov.
14 *Carmina proveniunt* { *Vetulo madefacta Falerno* / *animo deducta ſereno.* } + Ovid.
15 *Carmina quam tribuunt fama, perennis erit.* Ovid.
16 *Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia quærunt.* Ovid.
17 *Carmina vel cælo poſſunt deducere Lunam.* Virg.
18 *Carmine læſa Ceres ſterilem evaneſcit in herbam.* Virg.
19 *Carminibus Circe ſocios mutavit Vlyſſis.*
20 *Carnibus eſt dignus, qui benè mandit olus.*
21 *Carnibus haud dignus, qui malè mandit olus.*
22 *Caſeus, angvillæ, nimis obſunt, ſi comedantur.*
23 *Caſeus ante cibum confert, ſi defluat alvus.* +
24 *Caſeus eſt gelidus, ſtipans craſſus quoq; durus.*
25 *Caſeus & panis ſunt optima fercula ſanis.*
26 *Caſta placent ſuperis, purâ cum mente, venite.* +
27 *Caſta refert caſtæ genitricis filia mores.* Oven.
28 *Caſtra pudicitiæ fœdo expugnantur amore.* Petr.
29 *Caſus ubiq; valet: ſemper tibi pendeat hamus.*
30 *Catus amat piſces, ſed non vult tangere flumen.*

31 Caupo

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"
/314.ig.j./

# C.

91 Corde flagellatur vir, cum laudatur in ore.
92 Cornua qui faciunt, ne cornua ferre recuſent.
93 Corpora plus augent tibi dulcia, candida vina.
94 Corpore in exiguo maxima mens habitat.
95 Corporis atq; animi mors eſt impletio ventris. Petr.
96 Corporis auxilium medico committe fideli. Cato.
97 Corporis eſt etiam ratio non ſegnis habenda. Paling.
98 Corporis exigui vires contemnere noli. Cato.
99 Corpus, opes. animam luxu Germania perdit. Phil. M.
100 Corrumpunt etiam ſanctos commercia prava. Palin.
101 Cor ſapit, & pulmo loquitur, fel commovet iram.
102 Cras majora dabunt ſuperi fortaſſe benigni. Eoban.
103 Cræſus Halym penetrans magnam pervertet opum vim.
104 Crede mihi benè qui latuit, benè vixit, & intra. Ovid.
105 Crede parum, tua ſerva, & quæ periére relinque.
106 Credendo vanis didici non credere verbis. Oven.
107 Credere nil vitium eſt, vitium quoq; credere cuncta.
108 Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit. Juv.
109 Creverunt & opes, & opum furioſa Cupido. Ovid.
110 Crux eſt, ſi metuas, vincere quod nequeas. Auſon.
111 Cui bona multa Deus conceſſit plura requirit. Oven.
112 Cui fidas videas, non cuivis fidere tutum.
113 Cui flammis opus eſt, ſopîtas ſuſcitet aras.
114 Cuiq; ſuos mores fortunam fingere, fingunt.
115 Cui gravis oris odor, nunquam jejuna loquatur.
116 Cui placet alterius ſua nimirum eſt odio ſors.
117 Culta puella nimis, caſta puella minus.
118 Cum bonus eſt finis, tum ſingula quæq; probantur.
119 Cum domino ceraſum res eſt mala mandere ſervum.
120 Cum fatuis cari pueri nolite jocari.



" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

121 *Cum fortuna manet, vultum ſervatis amici.* Petr.
122 *Cum fueris cenſor, primum te crimine purga.*
123 *Cum fueris felix, quæ ſunt adverſa caveto.* Cato.
124 *Cum fueris felix, ſemper tibi proximus eſto.*
125 *Cum fueris locuples, corpus curare memento.* Cato.
126 *Cum paribusque pares habitant, vivuntque libenter.* Palin.
127 *Cùm rectè vivas, ne cures verba malorum.* Cato.
128 *Cum redit October, redeunt quoque frigus & horror.*
129 *Cum quo conſenuit miles, honorat equum.*
130 *Cum rogat iſte jubet, cum jubet ille rogat.* Oven.
131 *Cum ſapias animo, noli irridere ſenectam.* Cato.
132 *Cum ſtolidis riſu durum verbisque jocari.*
133 *Cum ſtultis cui res idem ſtulteſcat oportet.*
134 *Cunct[illegible]trabit ſecum, vertitque volubile tempus.*
135 *Cura fugit multo diluiturque mero.* Ovid.
136 *Cur aliena magis, quàm crimina no[illegible] [illegible]mus.*
137 *Cura, labor, meritum, ſumpti pro munere [illegible]res.* Sen.
138 *Cura facit canos, quamvis homo non habet anno[illegible]*
139 *Cura quoque interdum nulla medicabilis arte.* Ov.
140 *Cura, quid expediat, prior eſt, quàm quid ſit honeſtum.*
141 *Curas tolle graveis, iraſci crede profanum.*
142 *Cura viris gravibus rerum ſolet eſſe ſuarum.* Mant.
143 *Cura viris levibus rerum ſolet eſſe novarum.* Mant.
144 *Curia pauperibus clauſa eſt: dat cenſus honores.* Ovid.
145 *Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum.* Hor.
146 *Cur neſcire pudens pravè, quàm diſcere malo.* Hor.
147 *Cur tua pollicito pondere verba carent.* Ovid.
148 *Currenti ſubduntur equo calcaria fruſtrà.*
149 *Curriculum Titan biſenis menſibus implet.*
150 *Cuſtode, & curâ natura potentior omni.* Claud.

151 Cuſtodi



151 *Cuſtodi melius, ſi non vis perdere nummos.* Petr.
152 *Cygnus in auſpiciis ſemper lætiſſimus ales.* Ovid.

# D.

1 *Damna parans aliis, proprio parat epati damna.*
2 *Dant homines hodie gratis nihil, omnia gratis.* Oven.
3 *Danda eſt ellebori multo pars maxima avaris.*
4 *Dant multi curas nati, ſeriesque nepotum.* Petr.
5 *Dantur opes nullis nunc, niſi divitibus.*
6 *Da requiem, requietus ager bona credita reddit.*
7 *Da ſpatium vitæ, multos da Iuppiter annos.* Juven.
8 *Dat Deus ipſe bovem, ſed dat ſine cornibus illum.*
9 *Dat Deus omne bonum, ſed non per cornua taurum.*
10 *Dat Galenus opes, dat Iuſtinianus honores.* Oven.
11 *Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas.*
12 *Da veniam vitio mitis amice meo.* Juven.
13 *Debilibus robuſta nocent, & grandia parvis.* Oven.
14 *Debita pro meritis gratia nulla redit.* Virg.
15 *Decidit alta nivis copia, cuncta tegens.*
16 *Dedecus eſt, ſemper ſumere, nilque dare.*
17 *Dedita quæ vitiis mens eſt, nil cogitat alti.*
18 *Deficit ambobus, qui vult ſervire duobus.* +
19 *Degeneres animos timor arguit: at tibi conſta.* Auſon.
20 *Deformius nihil eſt Ardelione ſene.* Mart.
21 *Delectant flores, & amœni gramina campi.*
22 *De malè quæſitis non gaudet tertius hæres.* †
23 *Demiſſos animo ac tacitos vitare memento.* Cato.
24 *Denique cœleſti ſumus omne[illegible]mine nati.* Virg.
25 *Denique non omnes eadem mi[illegible]ntur amantque.* Hor.



26 Denique

10

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

26 Deniq; ſordidius nihil eſt, nîl pejus avaro. Palin.
27 De nihilo magna, & de parvo maxima fingit.
28 De plenis cyathis multos periiſſe ſciatis.
29 De rebus minimis fit ſæpe moleſtia grandis.
30 Deſerit ille ſuos nunquam, qui cuncta gubernat.
31 Deſidis aurigæ non audit verbera currus. Claud.
32 Deſine grande loqui: frangit Deus omne ſuperbum.
33 Deſipere eſt ſemper ſapere, & non tempora noſſe.
34 Deſipit incertum qui captans, certa relinquit. Heſio.
35 Dicere ſcit rectè, qui novit quando tacendum.
36 Dicite Pierides: Non omnia poſſumus omnes. Virg.
37 Dicendi ars magna eſt, major mihi crede tacendi.
38 Dicitur ignis amor: quia quilibet ardet amator.
39 Differ, habènt parvæ commoda magna moræ. Ovid.
40 Differt non aufert vitam longiſſima vita. Ovid.
41 Difficiles ortus habet, incrementaq; parva.
42 Difficile ac durum eſt, unum compeſcere multos.
43 Difficiles aditus impetus omnis habet. Hor.
44 Difficile eſt longum ſubito deponere amorem.
45 Difficile eſt mores diſſimulare ſuos.
46 Difficile eſt tacitos naturæ abſcondere motus.
47 Difficile eſt triſti fingere mente jocum. Tibul.
48 Difficilis res eſt inventu verus amicus.
49 Digna ſuo quærit: non omnibus una voluptas.
50 Dilige ſic alios, ut, ſis tibi charus amicus. Cato.
51 Diligitur nemo, niſi cui fortuna ſecunda eſt.
52 Dimidium facti qui benè cœpit, habet. Horat.
53 Dimidium facti, ritè precatus habet.
54 Dì precor à nobis omen removete ſiniſtrum.
55 Dira fames, trux Mars hodie graſſantur in orbe.
56 Dira fames macros mittit in arva lupos.





57 Diſce bonas artes moneo Romana juventus. Ovid.
58 Diſce bonos mores ſic te comitantur honores.
59 Diſce meo exemplo { formoſis poſſe carere. / mandato munere fungi.
60 Diſce pati, ſi vis ſapiens & ſanctus haberi.
61 Diſce ſupercilium deponere, diſce cavere.
62 Diſcite, eunt anni more fluentis aquæ. Ovid.
63 Diſcite juſtitiam moniti, & non temnere divos.
64 Diſcite mortales fragili non fidere formæ. Petr.
65 Diſcite, quam parvo liceat producere vitam. Luc.
66 Diſplicet ingenuis gloria falſa viris.
67 Diſplicet inſipiens novitas, delira vetuſtas.
68 Diſplicuiſſe malis, eſt placuiſſe bonis.
69 Diſplicuiſſe malis, hæc tandem maxima laus eſt.
70 Diſtentus venter nunquam ſtudet ipſe libenter.
71 Diverſis diverſa placent, ſua cuiq; cupido eſt. Cor. G.
72 Dives habet nimîum, quis niſi nemo ſatis?
73 Dives agris, dives poſitis in fœnore nummis. Hor.
74 Divitiæ grandes homini ſunt, vivere parcè.
75. Divitiæ multo tibi ſunt ſudore parandæ. Petr.
76 Divitiæ pereunt, ſpecies quoq; robur, honores.
77 Divitiæ quid ſunt? res nempe ſimillima nubi.
78 Divitiæ non ſunt peccatum: crimen in his eſt,
79 Divitias ſi non diſpendas inter egenos.
80 Divitiis alitur luxurioſus amor.
81 Doctus inurbanus quid? cibus abſq; ſale.
82 Sit dolus an virtus, vel quid quis in hoſte requirat. Virg.
83 Dona Dei carmen nitidum, facundia præſtans.
84 Donec eris felix multos numerabis amicos.
85 Dono tibi reddas ut duplicata mihi.



" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

## D.

86 *Ductus ab armento taurus detrectat aratrum.* Ov:
87 *Dulce erit exhauſti quondam meminiſſe laboris,*
88 *Dulce eſt confecto rite labore quies.*
89 *Dulce merum, dulcis conjunx, mens conſcia recti.*
90 *Dulcia non meruit, qui non guſtavit amara.*
91 *Dulcia præcipiti labuntur tempora curſu.*
92 *Dulcia verba loqui, lingvæ nil officit ipſi.*
93 *Dulcior eſt ſomni venientis melle voluptas.*
94 *Dulcis & alta quies placidæq; ſimillima morti.*
95 *Dulcis inexpertis cultura potentis amici.* Hor.
96 *Dulcius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.*
97 *Dum canis os rodit, ſocium quem diligit odit.*
98 *Dum felis dormit, mus gaudet & exſilit antro.*
99 *Dum fortuna manet, vultum ſervatis amici.*
100 *Dum cecidit, turpi vertitis ora fugæ.* Mant.
101 *Dum furor in curſu eſt, currenti cede furori.* Ovid.
102 *Dum licet, injuſto ſubtrahe colla jugo.*
103 *Dum modo ſit dives, barbarus, ipſe placet.*
104 *Dum nugando teris tempora, tempus edis.* Oven.
105 *Dum ſpectant oculi læſos, læduntur & ipſi.* Ovid.
106 *Dum tenera eſt ætas, generoſos imbue mores.* Oven.
107 *Dum vires anniq; ſinunt, tolerate labores.*
108 *Dum vitant ſtulti vitia in contraria currunt.*
109 *Duraq; ſub dulci melle venena latent.*
110 *Dura tamen molli ſaxa cavantur aquâ.*
111 *Durate & vosmet rebus ſervate ſecundis.*
112 *Durius in terris nihil eſt, quod vivat amante.*
113 *Durum diſcordes eſt habitare domos.*



## E.

1 *Ebrietas eſt vitanda ingluviesq; ciborum.* Palin.
2 *Ebrietas ut vera nocet, ſic ficta juvabit.* Ovid.
3 *Ebrietas ſecum plurima damna trahit.*
4 *Ecce patrem nati perimunt, natosq; parentes.* Manil.
5 *Efficimur docti, tractant fabrilia fabri.*
6 *Effodiuntur opes irritamenta malorum.* Ovid.
7 *Effuge venturos quâ potes usq; rogos.*
8 *Egregios cumulare libros præclara ſupellex.* Oven.
9 *Eheu quam levibus pereunt ingentia cauſis!*
10 *Eja age, rumpe moras, quo te expectabimus usq;?* Mart.
11 *Eligat æqualem prudens ſibi quisq; ſodalem.*
12 *Eloquor invitus, teneros ne tange Poetas.*
13 *Eloquio multi adjuti, multi periêre.*
14 *Elu et pietas vultu: certiſſimus index.* Sabin.
15 *Emendare labor, quàm ſcribere carmina major.*
16 *Emendat viſum ſtomachum, confortat aniſum.*
17 — — *Emitur virtute poteſtas.*
18 *Emollit vires ignava ſocordia mentis.*
19 *Enervant animos cytharæ, cantusq; lyræq;.* Petr.
20 *Ennius ingenio maximus, arte rudis.* Ovid.
21 *En potes è tabulis pictos ediſcere mundos.*
22 *Enſe cadunt multi, perimit ſed crapula plures.*
23 *En Soli vicina Venus, nitet aurea vultu.*
24 *Enter, præſenter Deus hîc & ubiq; potenter.*
25 *E nuce fit corylus, de glande fit ardua quercus.*
26 *Enula campana reddit præcordia ſana.*
27 *Enumerat miles vulnera, paſtor oves.*
28 *Ergo ſuis ſubjuncta malis eſt quælibet ætas.*
29 *Eripit interdum, modo dat Medicina ſalutem.* Ovid.





" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

30 Errat grex ovium totus, dum paſtor aberrat.
31 Errat, qui finem veſani quærit amoris. Prop.
32 Errores omni tempore cœtus habet.
33 Eſſe ſalutaris perhibetur mulſa Novembri.
34 Eſſe ſenectutem, res eſt veriſſima, morbum.
35 Eſt aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas. Ovid.
36 Eſt aliquid longis comprendere plurima verbis.
37 Eſt aliquid, magnis crimen abeſſe malis.
38 Eſt aliquid, patriis vicinum finibus eſſe.
39 Eſt aliquid, prodire tenus, ſi non datur ultra.
40 Eſt bona res uxor, melior bona, at optima nulla. Oven.
41 Eſt carcer mundus, quo clauderis ipſe ubicunq; es. Petr.
42 Eſt Deus in nobis agitante caleſcimus illo.
43 Eſt domi ubiq; Bonus, Sapiens non exulat usquam. Oven.
44 Eſt etiam in miſeris pietas, & in hoſte probatur.
45 Eſt etiam ſeris non ultima gratia rebus.
46 Eſt & fideli tuta ſilentio merces. Horat
47 Eſt & in inceſſu pars non temnenda decoris.
48 Eſte procul lites, & amaræ prælia ling[illegible]
49 Eſt error nimium credere, cu[illegible] Oven.
50 Eſt foculus proprius multo præſtantior auro.
51 Eſt genus ignavum, alterius quod carpit honorem.
52 Eſt labor ingratus, quem debita præmia fallunt. Oven.
53 Eſt labor in miſeris, & ſine fruge ſcholis.
54 Eſt luxus ſi multa nimis nitet arte ſupellex.
55 Eſt majus preſſo ſtringere plura ſtylo.
56 Eſt mala res ſcabies, mulier mala peſſima res eſt.
57 Eſt melius cerebrum gallinæ, quàm reliquorum.
58 Eſt melius clarum fieri, quàm tempore naſci.
59 Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq; fines. Auſon.

60 Eſt



60 Eſt merito pietas homini tutiſſima virtus.
61 Eſt natura hominis parvo contenta paratu.
62 Eſt nimium gravis adverſo labor ire fluento.
63 Eſto animo forti, tua ſi tibi ſponſa negata eſt. Petr.
64 Eſto bonus ſaltem, ſi non potes eſſe peritus.
65 Eſto humilis, quisquis fieri cupis incola cœli. Oven.
66 Eſto memor caro ſemper prodeſſe ſodali. Oven.
67 Eſto memor mortis vivens, & ſic benè vives.
68 Eſto memor patriis cur huc ſis miſſus ab oris.
69 Eſto memor vitæ moriens, benè ſic morieris.
70 Eſto tuæ Mortis memor, & peccata cavebis.
71 Eſt orare Deum ſpecies violenta jubendi. Ovid.
72 Eſt pietas veræ nervus amicitiæ.
73 Eſt piger ad pœnas Princeps ad præmia velox. Ovid.
74 Eſt quoq; cunctarum novitas gratiſſima rerum.
75 Eſt ſcelus eſſe pium, ſecli hæc eſt gloria noſtri.
76 Eſt ſanum plane de lecto ſurgere mane.
77 Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.
78 Eſuriem patiens ſylvam lupus exit opacam.
79 Et benè apud memores veteris ſtat gratia facti. Virg.
80 Et benè qui vixit, non malè obire poteſt. Petr.
81 Et brevis eſt ceſpes, qui monet eſſe Deum. Juv.
82 Et cùm poſſideant plurima, plura petunt. Ovid.
83 Et deforme malum, & ſceleri proclivis egeſtas.
84 Et Dominum mundi flectere vota ſolent. Mart.
85 Et domui domus, & nurui contraria ſocrus.
86 Et faciles motus mens generoſa capit. Ovid.
87 Et fugit interea, fugit irreparabile tempus.
88 Et genus & formam regina pecunia donat. Horat.
89 Et genus & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt. Hor.



90 Et

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"
/314.ig.j./

90 Et juvat & licitum eſt piſcando fallere tempus. Petr.
91 Et lacrymæ proſunt, lacrymis adamanta movebis. Ovid.
92 Et Laris & fundi paupertas impulit audax. Hor.
93 Et lepus & ſcortum nulla ſatis arte domantur.
94 Et mala ſunt vicina bonis, errore ſub illo. Ovid.
95 Et mihi ſunt vires, & mea tela nocent.
96 Et mora damnoſa eſt, & feſtinatio perdit.
97 Et neglecta ſolent incendia ſumere vires. Hor.
98 Et nemo eſt adeo prudens, quin ſæpius erret. Palin.
99 Et nocet ingenuis Aulica turba Viris. Petr.
100 Et partem veri fabula quæq; tenet.
101 Et potis es nigrum vitio præfigere Theta. Perſicus.
102 Et prodeſſe volunt, & delectare Poetæ. (Coloni.) Hor.
103 Et pueri naſum rhinocerotis habent.
104 Et quacunq; potes parte placere, place. Ovid.
105 Et ſi non proſunt ſingula, multa juvant.
106 Et quaſi nudato ſupplicat ipſe potens. Ovid.
107 Et quod vis alios ipſe ſilere, ſile. Oven.
108 Et redit in nihilum, quod fuit ante nihil. Luc.
109 Et ſemel emiſſum volat irreparabile verbum.
110 Et ſenis amplexus culta puella fugit.
111 Et ſtudio mores convenienter eunt. Ovid.
112 Et ſua viſerunt ſecula Mœonidem. Martial.
113 Et ſubito caſu, quæ valuêre, ruunt. Virg.
114 Et tacito vultu ſcire futura licet.
115 Et Thebæ ſteterant, altaq; Troja fuit. Ovid.
116 Et tibi jam veniunt cani, formoſe, capilli. Ovid.
117 Et tua res agitur, paries cum proximus ardet.
118 Et vetus atq; novum inventum perfectio laudat.
119 Eventus varios res nova ſemper habet.





120 Excellit vires corporis ingenium. Petr.
121 Excitat auditor ſtudium, laudataq; virtus,
122 Creſcit, & immenſum Gloria calcar habet.
123 Excludunt templo poſtremos ſæpe priores.
124 Excutiunt ſomnum morbi, cura atq; ſenectus. Petr.
125 Exemplumq; Dei quiſq; eſt in imagine parva.
126 Exemplum eſt animi nimium patrantis Vlyſſes. Ovid.
127 Ex humili licet ortus homo tellure tumeſcit. Oven.
128 Exigua eſt tribuenda fides, qui multa loquuntur. Cato.
129 Exigua ingentes nutrit ſcintillula flammas.
130 Exiguoq; cibo pellitur ipſa fames.
131 Exiguus tandem grandis fit ſurculus arbor.
132 Exiguum corpus nemo domare poteſt.
133 Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus.
134 Ex improviſo fallitur omnis homo.
135 Ex magna cœna ſtomacho fit maxima pœna.
136 Exoritur clamorq; virum clangorq; tubarum. Virg.
137 Expectare Solon finem docet, ortus Athenis. Auſon.
138 Expertus dico, nemo eſt in amore fidelis.
139 —— Eſt quædam flere voluptas.
140 Expletur lacrymis, egeriturq; dolor. Ovid.
141 Extra fortunam eſt, quicquid donatur amicis.
142 Exul erat Chriſtus, comites nos exulis hujus.
143 Eſſe decet, cujus nos quoq; membra ſumus.
144 Exulat à vulgo cum pietate fides. Strigel.
145 Ex verbis fatuos, ex aure probamus aſellos.
146 Ex verbis fatuus, pulſu cognoſcitur olla.
147 Ex vitio alterius ſapiens ſua corrigit ultrò.



" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

# F.

1 Fac duo, ſi felix vis eſſe: Ora atq; labora.
2 — Facile eſt ventis dare vela ſecundis. Manil.
3 Facta ducis vivent, operoſaq; gloria rerum. Ovid.
4 Fac tua quæ tua ſunt, cætera linque Deo.
5 Fac tua quæ tua ſunt, quæ ſunt aliena relinque.
6 Facundus non eſt, qui multa, at qui benè dicit. Oven.
7 Fac vivas contentus eo, quod tempora præbent. Cato.
8 Fallere qui neſcit, vaſtæ ſit cultor eremi.
9 Fallit enim vitium ſpecie virtutis & umbra. Juv.
10 Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo. Ovid.
11 Fallitur & fallit vulgi qui pendet ab ore. Virg.
12 Falluntur multis tempora longa jocis.
13 Falſus honor juvat, & mendax infamia terret. Hor.
14 Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regem. Auſ.
15 Fama meis Muſis, ſed mihi pene fames.
16 Fama malum, quo non aliud velocius ullum.
17 — Fas eſt, & ab hoſte doceri. Ovid.
18 Faſtus ineſt pulchris, ſequiturq; ſuperbia formam.
19 Fata regunt fatuos, ſapiens dominabitur aſtris.
20 Fata regunt homines, certa ſtant omnia lege.
21 Fata viam invenient, aderitq; vocatus Apollo. Virg.
22 Fato junguntur, fato ſolvuntur amores.
23 Fatum dat mores, fortunam, & terminat annos. Palin.
24 Februa nunc ſemper comitantur frigus & algor.
25 Februus inſequitur poſt frigida tempora Iani.
26 Feceris haud quicquam, niſi quod fecisſe necesſe eſt.
27 Felicem vitam vis vivere ſpernito vitam. Oven.
28 Felices obeunt quorum ſine crimine vita eſt. Cato.
29 Felix conjugium quod copulat una voluptas.

30 Felix,

# F.

30 Felix, multorum mores qui vidit & urbes.
31 Felix, qui didicit contentus vivere parvo.
32 Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.
33 Felix, qui pacis tempore bella timet.
34 Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas.
35 Felix, qui potuit privatam ducere vitam.
36 Felix, qui propriis ævum transegit in arvis.
37 Felix ſed cœlo qui benè vixit erit. Petr.
38 Fer patris imperium, quamvis videatur iniquum. Petr.
39 Fert benè præcipites navis modo facta procellas.
40 Ferreus aſſiduo conſumitur annulus uſu. Ovid.
41 Ferreus occulto decreſcit vomer in arvis.
42 Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris. Lucr.
43 Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas. Virg.
44 Feſtinans tardo non ſe committat aſello.
45 Ficta voluptatis cauſa ſunt proxima Veris.
46 Fictilibus raro vaſis aconita bibuntur. Petr.
47 Fidentem neſcit deſeruiſſe Deus.
48 Fide, ſed ante vide, cui tuto fidere poſſis.
49 Filia ſi quando laſciviat, excute mentem,
50 Fac, opus aſſiduè quo teneatur, agat. Petr.
51 Fiſtula dulce canit, volucrem cum decipit auceps.
52 Fit melior laudando bonus, pejorq; malignus.
53 Flectitur iratus voce rogante Deus.
54 Flectitur obſequio curvatus ab arbore ramus. Ovid.
55 Flore ſimul læſo pereunt vitiæq; fabæq;. Ov.
56 Fluctibus ah quantis, noſtra carina natat.
57 Fœcundi calices quem non fecere diſertum. Hor.
58 Fœcundi calices raro faciunt ſapientes.
59 Fœdum eſt, emanſiſſe diu, vacuumq; rediſſe.

60 Femina



" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

60 Fœmina culta nimis, fœmina caſta minus.
61 Fœmina molle genus, turpes proclivis ad actus. Oven.
62 Fons, ſpeculum, gramen, dant hæc oculis relevamen.
63 Forma bonum fragile eſt, quantumq; accedit ad annos,
64 Fit minor, & ſpacio carpitur ipſa ſuo.
65 Forma decens fœdas vendit prurigine clunes.
66 Formoſis levitas ſemper amica fuit.
67 Formoſæ occurſus mulieris dæmonis arma.
68 Formicis gaudet formica, cicada cicadæ.
69 Forſan ab indocto ſi tu doceare Magiſtro, } Petr.
70 Fac alium quæras, ſedulus eſto tamen.
71 — Forſan & hæc olim meminiſſe juvabit. Virg.
72 Forſan in ignota ſors mea floret humo.
73 Fors juvat audaces, priſci ſententia Vatis. Clau.
74 Fortiaq; adverſis opponite pectora rebus. Mart.
75 Fortior eſt, qui ſe, quam qui fortiſsima vincit.
76 Fortior in fulva novus eſt luctator arena. Ovid.
77 Fortunæ nimiæ non eſt confidere tutum.
78 —— Frangit Deus omne ſuperbum.
79 —— Fratrum quoq; gratia rara eſt.
80 Fraterno primi maduerunt ſangvinê muri.
81 Fraus nil laudis habet, velocem tardior urget.
82 Friget & humet hyems glacie & nive flumina ſtringit.
83 Frigida ſunt, laxant multum, proſunt tibi pruna.
84 Frigidus ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.
85 Frigora nos torquent, Æſtas & ad otia ducit.
86 Frigora poſt Soles, poſt gaudia ſæpe dolores. Ovid.
87 Frondibus Aprilis ramos viridantibus ornat.
88 Fronte capillata eſt, poſt hæc occaſio calva.
89 Fructibus aſsiduis laſſa ſeneſcit humus. Ovid.

90 Frugi



90 Frugi homines etiam data ſæpe occaſio flectit.
91 Fructus honos oneris, fructus honoris onus.
92 Fucoſas fugito cautus amicitias. Chytr.
93 —— Fugit irreparabile tempus.
94 Fulmina non humiles tangunt crepitantia valles.
95 Furibus arcendis prodeſt cuſtodia rerum. Petr.
96 Faſcina non facit una coquum, Monachumq; cucullus. Eob.

# G.

1 Gallia dat vites, patrat Britannia lites.
2 Gaudet in effoſsis habitare cuniculus antris. Mart.
3 Gaudentum locus hic, procul hinc diſcedite triſtes.
4 Gaudia nempe nocent, nocet illecebroſa voluptas. Palin.
5 Gaudia non remanent, ſed fugitiva volant. Mart.
6 Gaudia poſt luctus veniunt, poſt gaudia luctus. Oven.
7 Gaudia principium noſtri ſunt ſæpe doloris. Ovid.
8 Gaudia ſunt miſeris ſocios habuiſſe malorum.
9 Gloria magna, loqui bene: major poſſe tacere.
10 Gloria ab Arte venit, gloria Marte venit.
11 Gloria virtutis comes eſt, ut corporis umbra.
12 Græculus eſuriens, in cœlum juſseris, ibit.
13 Grammatici certant & adhuc ſub judice lis eſt.
14 Grandia ſcintillæ præbent incendia parvæ.
15 Grandia ſi parvis aſsimilare licet. Ovid.
16 Grata ſuperveniet, quæ non ſperabitur hora. Hor.
17 Grata DEO pietas doctas juviſſe Camœnas.
18 Gratiaq; officio, quod mora tardat, abeſt. Ovid.
19 Gratior eſt, pulchro veniens e corpore Virtus. Virg.
20 Gratius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.

21 Gutta

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

21 Gutta cavat lapidem, non vi, ſed ſæpè cadendo.
22 Gutta cavat lapidem, conſumitur annulus uſu. Ovid.

# H.

1 Hæc bona delectant, quæ longo tempore durant.
2 Hæc duo Solſtitium faciunt, Cancer, Capricornus.
3 Hæc placuit ſemel, & decies repetita placebit.
4 Ha[illegible] quam cernis anum, quondam formoſa puella
5 Extitit.
6 Halec unda fovet, flammæ paſcunt Salamandram.
7 Haud equidem invideo, neq; enim liveſcere fas eſt.
8 Haud facilè emergunt quorum virtutibus obſtat,
9 Res anguſta domi. —— Juven.
10 Haud facile eſt animum variis impendere rebus.
11 Haud mala mutabis, donec meliora videbis.
12 Haurit aquam cribro, qui diſcere vult ſine libro.
13 Heì, heì, quam levibus pereunt ingentia cauſis. Claud.
14 Henſelius quicquid teneris non diſcit ab annis,
15 Hans nunquam diſcet, ſemper ineptus erit.
16 Heu malè diluitur, teneris quod mentibus hæſit! Palin.
17 Heu mihi! difficile eſt imitari gaudia falſa. Tibul.
18 Heu mihi! non multum carmen honoris habet. Ovid.
19 Heu mihi! quam nullis amor eſt medicabilis herbis.
20 Heu! nihil infidæ fas quenquam fidere turbæ. Stroz.
21 Heu! nunquam ſtabilem ſortita ſuperbia ſedem. Auſ.
22 Heu! patior telis Vulnera facta meis. Ovid.
23 Heu! quam cuncta abeunt celeri mortalia curſu. Palin.
24 Heu! quam difficile eſt, crimen non prodere vultu. Ovid.
25 Heu! quam quod ſtudeas, ponere ferre grave eſt.





26 Heu quantum Annibali nocuit differre paratos. Palin.
27 Heu quantum miſeris lingva nocere poteſt. Petr.
28 Heu quantum ſcelus eſt, in viſcere viſcera condi. Ovid.
29 Heu riſus noſter luctu miſcetur amaro.
30 Hic ὄνος eſt, qui non onus hoc perferre valebit,
31 Hoc ſed qui placidè fert onus haud ὄνος eſt.
32 Hic ſatur ad pacem, hic caſtrenſibus utilis armis. Prop.
33 Hic ſegetes, illinc veniunt felicius uvæ. Virg.
34 Hic ſolus ſapit, aſt alii velut umbra feruntur. Hor.
35 Hoc bibe, quod poſſis, ſi tu vis vivere ſanus.
36 Hoc eſt conſvetum, comitantur triſtia lætum.
37 Hoc ſentit, moriar: mors ultima linea rerum eſt. Hor.
38 Horaq; non ulli ſimilis producitur horæ. Hor.
39 Horrent admotas vulnera cruda manus. Ovid.
40 Hoſpes ubi fur eſt, durum eſt ſubducere quicquam.
41 Hoſpitibus fidis venias quoq; fidus amicus.
42 Hos quoq; felices, qui ferre incommoda vitæ Juv.
43 Humanoq; cadit ſerpens afflata veneno. Ovid.
44 Humanum eſt petere, at divinum ferre ſalutem.
45 Hyſſopus purgans herba eſt è pectore phlegma.

# I.

1 Jacturam famæ & rerum dat curia regum,
2 In domibus regum rarà avis eſt probitas. Petr.
3 Jam ſubeunt morbi, ſubeunt diſcrimina mille.
4 Jam dulces epulæ delitiæq; nocent.
5 Jam ſunt maturæ ſegetes, jam condite meſſem.
6 Janus lapſum annum claudo reſeroq; ſequentem.
7 Ibat ovans animis, & ſpe ſua damna levabat.



17

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"
/314.ig.j./

8 I bone, quò virtus tua te vocat, i pede fauſto.
9 Ibycus ut periit, teſtis fuit altivolans grus. Auſon.
10 Id commune malum ſemel inſanivimus omnes. Mart.
11 Id levius lædit, quicquid prævideris ante. Cato.
12 Id quod amat, crebro loquitur quisq; atq; libenter.
13 Jejunus rarò Stomachus vulgaria temnit. Hor.
14 Ignavum fucos pecus à præſepibus arcent.
15 Ignavus bubo dirum mortalibus omen.
16 Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno. Ovid.
17 Ignem ecce micat rubicundo lumine Mavors. Paling.
18 Ignotum tibi nolito præponere notis. Cato.
19 Illa domus felix, ubi parvo aſſveta Iuventus.
20 Illa mihi patria eſt, { ubi paſcor, non ubi naſcor. / mihi quæ patrimonia præbet. } Oven.
21 Ille Deo ſimilis, qui dat benè munera lætus. Oven.
22 Ille loqui neſcit, qui neſcit ſpontè tacere.
23 Ille tibi ſimilis, faciem qui ſervat eandem.
24 Ille tui ſimilis, mores qui ſervat eosdem. Oven.
25 Iliacos intra muros peccatur, & extra.
26 Illud quod medium eſt, atq; inter utrumq; probatur.
27 Illuſtrem reddent te benefacta tua. Petr.
28 Imbelles damæ quid niſi præda ſumus. Mart.
29 Imber adeſt Soli, comitantur gaudia fletum.
30 Immeritò ſi quid pateris, perferre memento,
31 Immeritus laudem, crimen habet meritum. Petr.
32 Immodica officiunt, nec longo tempore durant. Palin.
33 Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.
34 Impedit urinam muſtum, ſolvit citò ventrem.
35 Impia nulla diu gens ſupereſſe poteſt.
36 Impia ſub dulci melle venena latent.

37 Impiè



37 Impiè quid tua vita? nihil niſi peſſima mors eſt.
38 Impiger extremos currit mercator ad Indos.
39 Imponit multis ars alcumiſtica fallax. Petr.
40 Imprimit ille die, quantum non ſcribitur anno.
41 Improba corrumpunt ſanctos conſortia mores.
42 Inceſſus velox ſignum levitatis habetur.
43 Incidit in Scyllam { cupiens / qui vult } vitare Charybdin.
44 Incipe perficies, auxiliante DEO.
45 Incipe, quicquid agas, pro toto eſt prima operis pars. Auſo.
46 In cœlis, non hîc, invenienda quies.
47 In cœtu laxes ne turpiter ora cachinnis. Palin.
48 India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.
49 Indicat artificem, res operata ſuum.
50 In dictis hominum non Quis, conſidero, ſed Quid? Oven.
51 Indicium mores nobilitatis habent.
52 Indignè vivit, per quem non vivit & alter. Paling.
53 Indignus magnos ſæpè gerit titulos.
54 Indoctusq; pilæ diſcive trochive quieſcit. Horat.
55 In dubio eſt, quicquid hora futura feret.
56 Indulgere gulæ noli, quæ ventris amica eſt. Cato.
57 Indulgèt fortuna malis, ut lædere poſſit. Petr.
58 Infelix, cujus prodeſt ſapientia nulli.
59 Infelix patria eſt, pueros ubi purpura veſtit.
60 Infelix, qui multa ſapit, neſcitq; docere.
61 Infelix, qui pauca ſapit, ſpernitq; doceri.
62 Ingenii debes pondus habere tui. Oven.
63 Ingenii & dextræ gloria nobilitat.
64 Ingenio formæ damna rependo meæ.
65 Ingenio pugnax, corpore parvus erat.

 66 Ingenio

18

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang.:"
/314.ig.j./

66 Ingenio tardo præceptum firmius hæret.
67 Ingenioſus erat, ſed non formoſus Vlyſſes.
68 Ingenium excellens non gignit venter obæſus.
69 Ingenium magni livor detractat Homeri.
70 Ingenium probitas, artemq́; modeſtia vincit.
71 Ingenium quondam fuerat precioſius auro. Ovid.
72 Ingenium ſtudio ſi non acuatur hebeſcit. Oven.
73 Ingenui vultus puer, ingenuiq́; pudoris. Juven.
74 In genus auctoris miſeri fortuna redundat. Ovid.
⊙ 75 In malè promiſſis, rejicienda fides.
76 In menſa ſemper minimum tibi ſume malorum. Oven.
77 In morte alterius ſpem tu tibi ponere noli. Cato.
78 In mundo nil conſtat: in orbem vertitur orbis. Oven.
79 In parvis levis, eſt animi devictio: quisquis
80 In magnis iram temperat, ille ſapit.
81 In plano frangit, cui ſors eſt invida, plantam.
82 In precio pretium nunc eſt, dat cenſus honores. Ovid.
83 In prolem dilata ruunt perjuria patris. Claud.
84 Inquinat egregios adjuncta ſuperbia mores. Claud.
⊙ 85 Inquirat digitis, ſi forte quis indiget igne.
86 In quo completur menſi lunatio detur.
87 In riſum proni fluitant cito lumina fletu.
88 Inſani fugiunt mundum, immundumq́; ſequuntur. Palin.
89 Inſanire facit ſanos quoq́; copia vini.
90 Inſanit qui robuſto de corpore fidit. Petr.
91 Inſanus, ſaltansq́; levi diſcrimine diſtat.
92 Inſere Daphni pyros, carpant tua poma nepotes. Virg.
93 Inſontes vanæ rident mendacia famæ.
94 Inſula Taprobane gignit tetricos elephantes.
95 In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu.





⊙ 96 In tali tales capiuntur flumine piſces.
97 Intempeſtivè qui monet, ille nocet.
98 Intendas animum ſtudiis & rebus honeſtis. Hor.
99 Inter convivas fac ſis ſermone modeſtus. Cato.
100 Interdum doctâ plus valet arte malum. Ovid.
101 Interdum lachrymæ pondera vocis habent. Ovid.
102 Interdum vulgus rectum videt: eſt ubi peccat. Hor.
103 Interdum veram prætendunt ſomnia cauſam.
104 Interea magnum Sol circumvolvitur annum. Virg.
105 Inter finitimos vetus atq́; antiqua ſimultas,
106 Immortale odium & nunquam ſanabile vulnus. Juv.
107 Interimit, crepitus ventris detentus in alvo.
108 Interitus regni eſt, à muliere regi.
109 Inter Pygmæos non pudet eſſe brevem.
⊙ 110 Interpone tuis interdum gaudia curis.
⊙ 111 Inter prandendum tibi ſæpè, parumq́; bibendum.
112 In te talis erit, qualem te ſenſerit alter.
113 Intolerabilius nihil eſt, quam dives avarus. Oven.
114 Intolerabilius nihil eſt, quam fœmina dives.
115 In variis rebus miramur acumina mentis. Petr.
116 Invenies alium ſi te faſtidit Alexis. Virg.
117 Invenies multos, ſi res tibi floret, amicos. Ov.
⊙ 118 Invenit interdum cœca columba piſum.
119 Invida ſtultitia eſt, cui nova ſola placent. Oven.
120 Invidiam nimio cultu vitare memento.
121 Invidet aut figulus figulo, vel egenus egeno. Heſ.
122 Invidiæ morbo præſens malè judicat ætas.
123 Invidus alterius macreſcit rebus opimis. Hor.
124 Invidiam quicunq́; voles vitare nocentem,
125 Infelix fias, non odioſus eris. Petr.



" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

126 *Invidiam quod habet, non ſolet eſſe diu.* Prop.
127 *Invidiam ſermone paras, hominumq́; favorem.* Petr.
128 *Invidus, iracundus, iners, vinoſus, Amator.* Horat.
129 *Invitus moritur miſer & miſerabilis Irus.* Oven.
130 *Ipſa dies quandoq́; parens, quandoq́; noverca eſt.*
131 *Ipſa etiam veniens conſumit ſaxa vetuſtas.*
132 *Ipſaq́; continuo labuntur tempora curſu.*
133 *Ipſe ſibi nocet is, alium qui lædere quærit.*
134 *Ira cadat cum Sole, ut non cum Sole reſurgat.* Oven.
135 *Iræ pone modum, gremio ſtulti ira quieſcit,*
136 *Iratus ſenſu cum ratione caret.* Petr.
137 *Ira perit ſubitò quam movit amicus amico.*
138 *Irreparabilium felix oblivio rerum.*
139 *Irreparabilium infelix jactura dierum.*
140 *Irrequietum animal gallina eſt atq́; columba.* Petr.
141 *Irretit muſcas, transmittit Aranea veſpas.*
142 *Irus erit ſubitò, qui modo Cræſus erat.*
143 *Is nimis infelix, quem nulla calumnia lædit.*
144 *Itur, quo ſcitur, neſcitur, quando reditur.*
145 *Iudice me, fraus eſt conceſſa, repellere fraudem.*
146 *Iudicibus lites; aurigæ Somnia, currus.*
147 *Iudicium præceps inſani judicis index.*
148 — *Iudicium melius poſteritatis erit.*
149 *Iulius exardens potumq́; eſcamq́; requirit.*
150 *Iunius æſtatem reddit, quam Carcinus urit.* Lucr.
151 *Iunius & gaudet gelidis, & veſcitur herbis.*
152 *Iupiter eſt homini ſicut Venus alma benignus.*
153 *Iupiter eſt quodcunq́; vides, quocunq́; moveris.* Lucan.
154 *Iura ſenes norint, & quid liceatq́; nefasq́;*
155 *Iure tibi grates, candide lector, ago.* Ovid.

156 Iuſtius



156 *Iuſtius invidia nihil: hæc eſt æquior æquo.*
157 *Impetit Autores juſta tyranna ſuos.*

# L.

1 *Labimur in vitium, & facile ad pejora movemur.* Palin.
2 *Labitur exiguo, quod partum eſt tempore longo.* Cato.
3 *Labitur occultè fallitq́; volatilis ætas.* Ovid.
4 *Lædere qui potuit, prodeſſe aliquando valebit.* Cato.
5 *Læditur adverſum qui ſua fata furit.*
6 *Læſa pudicitia eſt nulla reparabilis arte.* Ovid.
7 *Lætius eſt, quoties magno ſibi conſtat honeſtum.* Luc.
8 *Lambert, Gregori nox eſt æquata diei.*
9 *Largas corrigias corio ſecat ex alieno.*
10 *Laſcivæ nunquam filia caſta fuit.* Oven.
11 *Latrantem Stomachum benè lenit cum ſale panis.* Hor.
12 *Latrat in æde canis, nat in æquore, fulget in aſtris.*
13 *Laudamus veteres, ſed noſtris utimur annis.*
14 *Laudatas oſtendit avis Iunonia pennas.* Ovid.
15 *Laudat mercator quas vult obtrudere merces.* Hor.
16 *Laudat venales qui vult extrudere merces.*
17 *Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus.*
18 *Lecta manus juvenum caluêre cupidine laudis.* Ovid.
19 *Lectio lecta placet decies repetita placebit.*
20 *Lectio, ſcripta, labor, tædia cuncta fugant.* Petr.
21 *Leges, libertas & pax ſunt optima dona.*
22 *Legibus impoſitis omne Neceſſe caret.*
23 *Lenit & humectat, ſolvit ſine febre butyrum.*
24 ——— *Lenteſcunt tempore curæ.* Ovid.
25 — *Leve fit, quod benè fertur onus.* Ovid.



26 Leves

20

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"
/314.ig.j./

# L.

26 Leves excruciant animos & tempora cauſæ. Ovid.
27 Liberat à morbis ſobrietas variis. Petr.
28 Libertas melior domino quocunq; beato,
29 Libertas ſuperat præmia magna ducum. Petr.
30 Libra Ariesq; parem reddunt noctemq; diemq;.
31 Libra pares lucis ſomniq; hic efficit horas.
32 — Lingva mali pars peſſima ſervi. Juv.
33 Lingva nihil niſi vera loquens digniſſima laude eſt.
34 Linque coax ranis, cras corvis, vanaq; vanis.
35 Lis eſt cum formâ magna pudicitiæ. Ovid.
36 Lis litem generat, concordia nutrit amorem.
37 Lis minimis verbis interdum maxima creſcit. Cato.
38 Lite vacent aures inſanaq; protinus abſint,
39 Iurgia. Ovid.
40 Litis præteritæ noli maledicta referre. Cato.
41 Longa dies homini docuit parere leones.
42 Longa dies ignavo homini, nox parva videtur. Oven.
43 Longa dies molli ſaxa peredit aqua.
44 Longa quies ſomni vitio fit fomes in omni.
45 Longævi quis non optet tibi Neſtoris annos. Oven.
46 Longa mora eſt nobis omnis quæ gaudia differt. Ovid.
47 Longius aut propius mors ſua quemq; manet. Prop.
48 Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus. Juv.
49 Lubrica naſcentes implent conchylia lunæ. Hor.
50 Lucius eſt piſcis, rex atq; tyrannus aquarum.
51 Ludere qui neſcit campeſtribus abſtinet armis. Hor.
52 Ludibrii haud expers mala quem fortuna fatigat.
53 Ludite ſecuri, quibus eſt æs ſemper in arca.
54 Ludit in humanis divina potentia rebus. Ovid.
55 Ludum non patitur fama, fides, oculus.

56 Ludus

# M.

56 Ludus dum bonus eſt, ipſum dimittere fas eſt.
57 Lunâ creſcente decerpere poma memento.
58 Luna rubens ſpirat, pallens pluit, alba ſerenat. Oven.
59 Luna ſuam complet ſolari lumine ſphæram.
60 Luſori cupido ſemper gravis exitus inſtat. Ovid.
61 Luxuriant animi rebus plerunq; ſecundis.
62 Luxuriat rarò non bene paſta caro.
63 L. X. V. tria C. ſex horas continet Annus.

# M.

1 Magna cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur. Ovid.
2 Magna fuit capitis quondam reverentia cani.
3 Magna graves ſemper comitantur crimina pœnæ.
4 Magnates dare parva pudet, dare magna recuſant.
5 Magna poteſtati ſunt juncta pericula magnæ Petr.
6 Magna quidem non ſum, ſed ineſt mihi maxima virtus. Claud.
7 Magna repentè ruunt, ſumma cadunt ſubitò. Ovid.
8 Magni ſæpè duces, magni cecidere Tyranni. Palin.
9 Magni ſæpe viri mendacia magna loquuntur.
10 Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas. Prop.
11 Magnum iter aſcendo, ſed dat mihi gloria vires.
12 Magnum non magnus proſtravit inermis in armis.
13 Magnus es in verbis, ſed re præſtare puſillus. Ovid.
14 ——— Mala cauſa ſilenda eſt. Hor.
15 Mandentur juveni partes pueroq; viriles. Mart.
16 Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ!
17 Mars dubius, nec certa Venus, victiq; reſurgunt.
18 Marte, dolus, prædæ, cædes, violentia regnat.
19 Martia turba vale! Pacem te poſcimus omnes.

C 5 20 Martius

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

20 *Martius humores & terræ & corporis auget.*

21 *Martius agricolas ad agros vinetaq; ducit.*

22 *Matthias glaciem frangit, ſi invenerit illam.*

23 *Maxima pars hominum decepta cupidine falſò.*

24 *Maxima pars hominum morbo jactatur eodem.*

25 *Maxima quæq; domus ſervis eſt plena ſuperbis.* Juv.

26 *Maxima ſemper adeſt minimis ſolertia rebus.*

27 *Me damnas, Domino, ſtoq;, cadoq; meo.*

28 —— *Medio tutiſſimus ibis.* Ovid.

29 —— *Medium tenuere beati.*

30 *Membra reformidant mollem quoq; ſaucia tactum.* Ovid.

31 *Me miſerum meminiſſe dolet, jam quæ mala feci.* Oven.

32 *Mendicus, cantor cantorem lividus odit.*

33 *Menſe ſemel plenum Stomachum laxabis in omni.*

34 *Menſe malum Majo nubere; vulgus ait.*

35 *Menſes biſſenos, integer annus habet.*

36 *Menſis amat tepido Iani decurrere victu.*

37 *Mens formoſa tegi formoſo corpore gaudet.*

38 *Mens immota manet, lacrymæ volvuntur inanes.* Virg.

39 *Mens mons eſt, montiq; cacumen mentis acumen.* Oven.

40 *Me quoq; debilitat ſeries immenſa laborum.*

41 *Mercurius fertur brevibus levis æthere gyris.*

42 *Mercurius fingit divinos arte Poetas.*

43 *Mercurius ligno pulcer non fingitur omni.*

44 *Mentiris! Cave, militibus ne dixeris unquam.* Oven.

45 *Metiri ſe quemq; ſuo modulo ac pede, verum eſt.* Hor.

46 *Militis arma parum præſtant, prudentia ſi non*

47 *Magnanimi accedit conſiliumq; Ducis.*

48 *Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus.* Perſ.

49 *Mille loqui docuere artes, ſed nulla tacere.*

50 *Mille*



50 *Mille modis lethi miſeros mors una fatigat.*

51 *Mille modis morimur, mortales naſcimur omnes.* Oven.

52 *Mille modos inter lethi mors una timere eſt.*

53 —— *Minuit præſentia famam.*

54 —— *Minuit vindicta dolorem.*

55 *Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus.* Claud.

56 *Mœcenas non verba dabat, ſed præmia doctis.* Oven.

57 *Mœcenate liber non eget, Autor eget.* Oven.

58 *Mollibus & verbis aſpera fata leves.* Ovid.

59 *Monte ſuperbit humus, mente ſuperbit homo.* Oven.

60 —— *Moras extrema recuſant.* Silius.

61 *Mora rubent ſero, ſed magis inde placent.*

62 *Morbida facta pecus totum corrumpit ovile.* Ovid.

63 *Moribus antiquis res ſtat Romana viriſq;.* Enn.

64 *Mori morantur quocunq; ſub axe morantur.*

65 *Moribus ut morem temporibuſq; geras.* Oven.

66 *Mors etiam ſaxis, marmoribuſq; venit.*

67 —— *Mors ſceptra ligonibus æquat.*

68 — *Mors ultima linea rerum eſt.* Horat.

69 *Mors medicina mali eſt; Medicus morbi ultimus eſt Mors.*

70 *Mortuus ut vivas, vivus moriaris oportet.* Oven.

71 *Multa cadunt inter calicem ſupremaq; labra.*

72 *Multa fero ut placem: genus irritabile vatum.*

73 *Multa ferunt anni venientes commoda ſecum.*

74 *Multa recedentes adimunt.* —— Horat.

75 *Multa ferunt multis multos ſua fercula morbos.*

76 *Multa miſer timeo, quia feci multa protervè.*

77 *Multa premunt ſenium, ſenio ſunt multa ferenda.*

78 *Multa tulit, fecitq; puer ſudavit & alſit.*

79 *Multos cæcus amor cogit ſecreta fateri.* Verg.

80 *Multum*

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"
/314.ig.j./

# M.

80 *Multum crede mihi refert, à fonte bibatur.*
81 *Multum in amore fides, multum conſtantia prodeſt.*
82 *Multum farris habet, qui cunctis obſtruit ora.*
83 *Mundus ſtultorum cavea errorumq́; taberna.*
84 *Munera, crede mihi, placant homineſq́; Deosq́;.* Ovid.
85 *Munera des lætus: corrumpunt tædia donum.* Oven.
86 *Munera qui mittit, ſperat majora remitti.* Oven.
87 *Munera ſi dederis multos numerabis amicos.* Petr.
88 ——— *Munera ſumpta ligant.*
89 *Mus capitur ſubitò qui ſolo ſpirat in antro.*
90 *Muſica nulla poteſt dentis ſedare dolorem.*
91 *Mus miſer eſt antro qui ſolum clauditur uno.*
92 *Mus ſatur inſipidam dijudicat eſſe farinam.*
93 *Muſta dat ad morbos Autumnus ſiccus & algens.*
94 *Muſta dat October, gratiſſima dona Lyæi.*
95 *Mutuaq́; armati coeunt in vulnera fratres.* Manil.

# N.

1 *Nam furit atq́; ferit ſæviſſima bellua vulgus.* Palin.
2 *Nam genus & proavos, & quæ non fecimus ipſi,*
3 *Vix ea noſtra puto.* ——— Ovid.
4 *Nam leviter lædit, quicquid prævidimus antè.* Hor.
5 *Nam malefacta, nocent, laudem benefacta merentur.* Palin.
6 *Nam non certanti nulla eſt ſperanda corona.*
7 *Namq́; viro veſtis magnum decus addit honeſta*
8 *Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.* Hor.
9 *Nam vigilare leve eſt, pervigilare grave.* Mart.
10 *Nam vitiis nemo ſine naſcitur.* ——— Hor.
11 *Naſcentes morimur, finisq́; ab origine pendet.* Mant.

12 *Naſcitur*

# N.

12 *Naſcitur ad fructum mulier, prolemq́; futuram.* Ovid.
13 *Naſcitur indignè, per quem non naſcitur alter.* Oven.
14 *Naſo ſtertentes interdum ſunt vigilantes.*
15 *Nate Dea quo fata trahunt, retrahuntq́; ſequamur.*
16 *Naturæ ſequitur ſemina quiſq́; ſuæ.* Prop.
17 *Naturam expellas furca, tamen usq́; recurret.* Hor.
18 *Natus & ex ſcopulis, nutritus lacte ferino.*
19 *Naufragus in mediis brachia jactet aquis.* Ovid.
20 *Navigio fragili vehitur, quì quærit honores.* Petr.
21 *Navita de ventis, de tauris narrat arator.* Prop.
22 *Navita ſollicitis quoq́; ventos horret in undis.*
23 *Nec benè tractabit vinoſus ſacra ſacerdos.* Palin.
24 *Nec celare poteſt, nec vincere fœmina curas.* Mart.
25 *Nec differre poteſt, tantum levitatis in illa eſt.*
26 *Ne cures ea, quæ ſtultè miraris & optas.* Hor.
27 *Ne cures, ſi quis ſecreta in aure loquatur.*
28 *Nec dubites cum magna petas, impendere parva.* Cato.
29 *Nec forma æternũ, aut cuiquam eſt fortuna perennis.* Prop.
30 *Nec grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt.* Mart.
31 *Nec nil, nec nimium: Medium tenuere beati.*
32 *Nec paupertatem, nec opes deſidero magnas.* Oven.
33 *Nec quæ præteriit curſu, revocabitur unda,*
34 *Nec quæ præteriit hora, redire poteſt.* Ovid.
35 *Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures.*
36 *Ne credas aurum, quicquid reſplendet ut aurum.*
37 *Nec male odorati ſit triſtis anhelitus oris.* Ovid.
38 *Nec mors humano ſubjacet arbitrio.*
39 *Nec mirum quoniam placeat non Iupiter ipſe.*
40 *Nec ſcelus admittis, ſi conſoleris amicum.* Ovid.
41 *Nec ſemper feriet, quæcunq́; minabitur arcus.* Hor.

42 *Nec*



" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"
/314. ig. j./

42 Nec ſemper violæ, nec ſemper lilia florent. Ovid.

43 Nec te collaudes, nec te culpaveris ipſe. Cato.

44 Nec te decipiat fugitivæ gratia formæ. Palin.

45 Nec te pœniteat, calamo triviſſe labellum.

46 Nec te pœniteat, duro ſubiiſſe labori. Tibul.

47 Nec tua laudabis, nec facta aliena reprendes. Oven: Hor.

48 Nec viſu facilis, nec dictu affabilis ulli. Virg

49 Neglectis urenda filix innaſcitur agris. Hor.

50 Ne metuas, vera pro pietate mori.

51 Nemo adeò ferus eſt, ut non miteſcere poſſit. Hor.

52 Nemo dabit Vati, Muſæ ſpernuntur ubiq;. Palin.

53 Nemo quidem, ſapiens regia ſceptra petit. Petr.

54 Nemo ſuas vellet perdere gratis opes. Oven.

55 Nemo ſimul Dominis potis eſt ſervire duobus.

56 Ne moveas camarinam, etenim non tangere præſtat. Virg.

57 Nempe inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ. Hor.

58 Nempe cocus Domini debet habere gulam.

59 Ne peccata ſequare, licet communia multis.

60 Ne ſæva in canos juvenis convitia fundas. Oven.

61 Neſcia mens hominum fati, ſortisq; futuræ. Virg.

62 Neſcia mutari ad mores natura recurrit.

63 Neſcio, quid tecum grave cornicaris ineptè. Perſius.

64 Neſcio, quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. Virg.

65 Neſcis, quid valeat nummus, quem præbeat uſum. Hor.

66 Neſcit avis poſitis, volitare per aëra pennis.

67 —— Neſcit vox miſſa reverti. Ovid.

68 Ne tibi quid deſit, quæſitis utere parcè.

69 Ne tibi ſis cladis juſta ruina tuæ. Oven.

70 Neutrius generis Deus eſt, nec fœmina, nec mas.

71 Nil adeò dulce eſt, quod non videatur amarum. Palin.

72 Nil

N.

72 Nil adeò latet, ipſa dies, quin detegat ultro.

73 Nil deſperandum {Teucro / Chriſto} duce, & auſpice {Teucro. / Chriſto.} (Horat.

74 Nil diſcunt, quicunq; ſcholas hinc inde frequentant.

75 Nil injuſtitiâ miſeræ eſt infeſtius urbi.

76 Nil eſt perfectum, nil omni ex parte beatum.

78 Nil intentatum virtus animoſa relinquit. Hor.

79 Nil juvat amiſſo claudere ſepta grege. Fauſtus.

80 Nil lethale magis, quam luxu perdere mores. Oven.

81 Nil nocet admiſſo ſubdere calcar equo. Ovid.

82 Nil ſalibus Plauti, nil gratius arte Terenti.

83 Nil præter lachrymas hæc & ſuſpiria vita eſt.

84 Nil læti ſupereſt, oſtentant omnia luctus.

85 Nil temerè facias, timidè nihil, omnia cautè. Oven.

86 Nil negat, & ſeſe vel non poſcentibus offert. Claud.

87 Nil prodeſt, quod non lædere poſſit idem. Ov.

88 Nil renuente Deo cura laborq; valet.

89 Nil rectum, niſi quod tu facis, eſſe putas.

90 Nil te ſollicitet morientem commoda rerum.

91 Nitimur in vetitum ſemper cupimusq; negata. Ovid.

92 —— Nimium ſibi fidere perdit.

93 Nobilis eſt nemo, niſi ſit virtutis amator.

94 — Nobilitas ſola eſt atq; unica virtus. Juven.

95 Nobilis eſt quisquis nobilitanda facit.

96 —— Nocet empta dolore, voluptas.

97 Noctes atq; dies patet atri janua Ditis. Prop.

98 Nocte dieq; aures clamoribus uxor adimplet. Ovid.

99 Nocte dieq; ſuum geſtat in pectore teſtem.

100 Nocte latent mendæ, vitioq; ignoſcitur omni. Ovid.

101 Nocturna

24

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"
/314.ig.j./

| | | |
|---|---|---|
| 101 | *Nocturnâ verſate manu, verſate diurna.* | Hor. |
| ⊙ 102 | *Nocturnum imperium muliebre, virile diurnum eſt.* | Oven. |
| 103 | *Noli homines blandos nimium ſermone probare.* | |
| 104 | *Noli grandiloquis nimium te tollere verbis.* | |
| ⊙ 105 | *Non audit ſubitò vota petita Deus.* | |
| 106 | *Non benè cœleſtes impia dextra colit.* | Ovid. |
| 107 | *Non benè, crede mihi, ſervo ſervitur amico.* | Mart. |
| 108 | *Non benè longinquum carpit egenus iter.* | Martial. |
| 109 | *Non benè cum ſociis regna Venusq; manent.* | Ovid. |
| 110 | *Non benè pro cunctis libertas venditur auro.* | |
| 111 | *Non bove mactato cœleſtia numina gaudent.* | Ovid. |
| ⊙ 112 | *Non clamor, ſed amor, clangit in aure Dei.* | |
| 113 | *Non cuivis homini contingit adire Corinthum.* | Hor. |
| 114 | *Non cuivis Lectori auditorive placebo.* | Oven. |
| 115 | *Non datur ad Muſas, currere lata via.* | Prop. |
| 116 | *Non decet ignavum præteriiſſe diem.* | |
| 117 | *Non Deus eſt autor culpæ, ſed criminis ultor.* | Oven. |
| 118 | *Non eadem ratio eſt, ſentire & tollere morbos.* | Ovid. |
| 119 | *Non eadem vulgusq; decent & lumina rerum.* | Cato. |
| ⊙ 120 | *Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor.* | Hor. |
| 121 | *Non uno curſu reſpondent ultima primis.* | Cato. |
| 122 | *Non erit officii gratia ſurda tui.* | Ovid. |
| 123 | *Non eſt grande malum natali limine abeſſe.* | |
| 124 | *Namq; locus forti eſt Patria quiq; viro.* | |
| 125 | *Non eſt, crede mihi, ſapientis dicere: vivam.* | Mart. |
| 126 | *Non eſt è terris mollis ad aſtra via.* | |
| 127 | *Non eſt ingenii cymba gravanda tui.* | Prop. |
| 128 | *Non eſt Aſtrologi ut ſemper reſpondeat æther.* | |
| 129 | *Non eſt in medico ſemper relevetur ut æger.* | Ovid. |
| 130 | *Non eſt in potâ vera ſalute ſalus.* | Oven. |





| | | |
|---|---|---|
| 190 | *Noſcitur ex ſocio, qui non cognoſcitur ex ſe.* | |
| 191 | *Nos facile in vitium credula turba ſumus.* | |
| 192 | *Nos paſſim peſſum paulatim, proh dolor! imus.* | |
| 193 | *Nos quoq; floruimus, ſed flos fuit ille caducus.* | Ovid. |
| ⊙ 194 | *Nos Satan à muliere emit, Chriſtusq; redemit.* | Oven. |
| 195 | *Nox & amor, vinumq; nihil moderabile ſuadent.* | Ovid. |
| 196 | *Nube ſolet pulsâ clarior eſſe dies.* | |
| 197 | *Nudus ego huc veni, ſimul hinc ego nudus abibo.* | Oven. |
| 198 | *Nulla dies abeat, quin linea ducta ſuperſit.* | |
| 199 | *Nulla dies adeo eſt auſtralibus humida nimbis.* | Ovid. |
| 200 | *Nulla dies unquam memori vos eximet ævo.* | |
| 201 | ——— *Nulla eſt ſincera voluptas.* | |
| ⊙ 202 | *Nulla ferent talem ſecla futura virum.* | |
| 203 | *Nulla fides, pietasq; viris, qui caſtra ſequuntur.* | Ver. |
| 204 | *Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.* | |
| 205 | *Nulla mala eſt fortuna, æqua omnibus, omnibus una.* | |
| 206 | *Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.* | |
| 207 | *Nulla tyrannorum vis diuturna fuit.* | |
| 208 | *Nulli inimicus ero, ſed nec bis amicus amico.* | Oven. |
| 209 | *Nulli ſis blandus, ſed verus & omnibus æquus.* | Oven. |
| 210 | *Nulli per ventos aſſa columba venit.* | |
| 211 | *Nullius addictus jurare in verba magiſtri.* | Hor. |
| 212 | *Nullum majus erit lucrum quam paſcere egenos.* | Oven. |
| 213 | *Nullus ad amiſſas, ibit amicus opes.* | |
| 214 | *Nullus homo, quamvis ſapiens, ſapit omnibus horis.* | |
| ⊙ 215 | *Nullus inops ſapiens, ubi res, ibi copia ſenſus.* | |
| 216 | *Nullus ubi timor eſt, honor & reverentia cadunt.* | |
| 217 | - - *Numero Deus impare gaudet.* | Virg. |
| 218 | *Nunc Autumnus adeſt Plejadis quando occidit aſtrum.* | |
| 219 | *Nunc mihi parta quies, omnisq; in limine portus.* | Virg. |



" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"
/314. ig. j./

220 Nunc opus eſt celeri, ſubdere calcar equo. Ovid.
221 Nunc pluit & claro nunc Juppiter æthere fulget.
222 Nunc pudet eſſe bonos, nunc eſt malè vivere, virtus.
223 Nunc quicquid facias turpiter, omne decet.
224 Nunquam cœleſti Domino placuere ſceleſti.
225 Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentes. Hor.
226 Nuſquam fraude caret, ſemper mentitur avarus. Oven.
227 Nuſquam tuta fides, fraus regnat ubiq; dolusq;.

# O.

1 Oblatrant tritis catuli plerunq; lacernis.
2 O bona libertas, precio, precioſior omni. Palin.
3 Obſequioq; libens fer patris imperium. Petr.
4 Obſequio ſemper dulces retinentur amici. Cato.
5 Obſequium tygresq; domat, timidosq; leones.
6 Obtuſum ingenium ſtudiis molleſcit & arte. Petr
7 Obſtupui, ſteteruntq; comæ, & vox faucibus hæſit. Virg.
8 O capita Anticyræ ſociis curanda meracis
9 Ocia damnantur, quæ nulla negocia tractant.
10 Ocia corpus alunt, animus quoq; paſcitur illis. Ovid.
11 Ocia ſi tollas, periêre Cupidinis arcus.
12 O cives, cives, quærenda pecunia primum.
13 Occurrit cuicunq; Deus, pauciq; ſalutant.
14 Occurrunt homines: nequeunt occurrere mentes.
15 O cœlum immenſum; ô pulcherrima regio Divum!
16 O crudelis Alexi, nil mea carmina curas?
17 Octobri offertur, Venatio, Vina, Volucres.
18 O curas hominum! ô quantum eſt in rebus inane!
19 O curvas animas! ô pectora plena tenebris! Palin.

20 Ode-



20 Oderunt hilarem triſtes, triſtemq; jocoſi. Hor.
21 Oderunt finem Vita Venusq; ſuum. Oven
22 Oderunt pacem ſtulti, & certamina quærunt. Palin.
23 Oderunt peccare boni, virtutis amore. Hor.
24 Oderunt peccare mali, formidine pœnæ. Hor.
25 Odimus accipitrem, quia ſemper vivit in armis. Ovid.
26 Officiis crebris benè conciliaveris hoſtem.
27 Offendat ſi pes, abjice: Chriſtus ait. Oven.
28 Offert ſe ipſe Deus, felix quicunq; receptat.
29 Officium jactans, ſeſe tribuiſſe, repoſcit.
30 O formoſe puer, nimium ne crede colori! Virg.
31 O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint,
32 Agricolas! —— —— Virg.
33 O mihi præteritos referat ſi Juppiter annos!
34 O miſeras hominum mentes, ò pectora cœca!
35 O miſeri! quorum gaudia crimen habent.
36 O miſeri! dum tempus adeſt, agnoſcite tempus.
37 Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.
38 Omne rarum carum, vileſcit quotidianum.
39 Omne ſolum forti patria eſt, ut piſcibus æquor. Oven.
40 Omne ſupervacuum pleno de pectore manat. Hor.
41 Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci. Hor.
42 Omnia blanda cave, latet hoc ſub melle venenum. Petr.
43 Omnia conando docilis ſolertia vincit.
44 Omnia cum pereunt, virtus eſt ſola perennis. Hor.
45 Omnia deſpera prudenter, & omnia ſpera. Oven.
46 Omnia diluvium licet obruat, arca manebit.
47 Omnia diſpereunt mundo quæ pulcra videntur. Oven.
48 Omnia fert ætas ſecum, aufert omnia ſecum. Oven.
49 Omnia fert tempus, pariter rapit omnia tempus. Palin.



50 Omnia

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

# O.

50 *Omnia nunc ardent, nunc eſt calidiſsimus annus.*
51 *Omnia nunc florent, nunc formoſiſsimus annus.*
52 *Omnia mens hominum leviter præſentia curat.*
53 *Omnia non pariter rerum ſunt omnibus apta.* Prop.
54 *Omnia pace vigent, & pacis tempore florent.* Palin.
55 *Omnia poſt obitum fingit majora voluptas.* Prop.
56 *Omnia principio res nova grata ſuo*
57 *Omnia riſus & omnia pulvis, & omnia nil ſunt.*
58 *Omnia lite madent: Hominum vis tollere rixas!*
59 *Octo literulas tolle;* MEUM, atq; TUUM.
60 *Omnia rodit edax, vel ſint adamantina, tempus.*
61 *Omnia ſi perdas, famam ſervare memento.*
62 *Omnia ſunt ingrata, nihil feciſſe benigne eſt.*
63 *Omnia ſunt longis - discutienda modis.*
64 *Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.* Ovid.
65 *Omnia ſunt magnis experienda viris.* Hor.
66 *Omnia tempus alit, tempus rapit, uſus in arcto eſt.*
67 *Omnia tempus habet: Nos quoq; tempus habet.*
68 *Omnia tempus habent, omnia tempus habet.* Oven.
68 *Omnia tranſibunt, ſic ibimus, ibitis, ibunt.*
70 *Omnia tum bona ſunt, clauſula quando bona eſt.*
71 *Omnia tunc florent, tunc eſt nova temporis ætas.* Virg.
72 *Omnia vincit amor, quid enim non vinceret ille?* Virg.
73 *Omnis amare Deum, tibi cura ſit, & labor omnis.*
74 *Omnibus eſſe lupis licet in regione luporum.*
75 *Omnibus eſt tandem lex data certa, mori.* Petr.
76 *Omnibus in rebus medium ſervare ſolemus.* Oven.
77 *Omnibus in rebus, fiat tua, Chriſte, voluntas.*
78 *Omnibus in rebus modus eſt pulcherrima virtus.*
79 *Omnibus invideas, livide, nemo tibi.* Martial.



# O.

80 *Omnibus inviſa eſt ſtolidæ jactantia mentis.* Oven.
81 *Omnipotens juſtâ reddit Deus omnia lance.*
82 *Omnis ab aſſiduo nimirum ars naſcitur uſu.*
83 *Omnis Ariſtippum decuit color, & ſtatus & pes.* Hor.
84 *Omnis commoditas ſua fert incommoda ſecum.* Palin.
85 *Omnis honos onus eſt, onos eſt qui diſcere non vult.*
86 *Omnis honos onus eſt, res aſinina thronus.*
87 *Omnis noſtra fides, pendet ab hiſtoria.* Oven.
88 *O paſſi graviora! dabit Deus his quoque finem.* Virg.
89 *Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.*
90 *Opto tibi multam, nullam tibi poto ſalutem.* Oven.
91 *Optima pax rerum eſt: Martia turba vale.*
92 *Optimus interdum natitantum mergitur undis.*
93 *O quam magna & quam miranda potentia cœli eſt!*
94 *O quàm moroſophos tellus parit & philodoxos!*
95 *O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium!* Mart.
96 *O quam turpe viro muliebri incedere cultu!* Oven.
97 —— *O quantum cogit egeſtas!* Mart.
98 —— *quantum eſt in rebus inane.*
99 *Orandum eſt, ut ſit mens ſana, in corpore ſano.* Hor.
100 *Orandus Deus eſt, det bene poſſe mori.* Petr.
101 *O ſocii (neq; enim ignari ſumus ante malorum)* Virg.
102 *Oſſa vides regum vacuis exſucca medullis.*
103 *Ova tibi ſumas candida, longa, nova.*

# P.

1 *Pace nihil ſtabili dulcius eſſe poteſt.*
2 *Pace laboremus: pax fida miniſtra laboris*
3 *Paci ſummus honos, paci eſt quoq; ſumma voluptas.* Palin.



27

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

4 Palleat omnis amans, color hic eſt aptus amanti.
5 Pallida furtivum facies monſtrabit amantem.
⊙6 Pallida Luna pluit, rubicunda flat, alba ſerenat.
7 Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto. Ovid.
8 Panditur in nullas Janua nigra preces.
9 Panis non calidus, nec ſit nimis inveteratus.
10 Par ætas animos conciliare ſolet.
11 Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.
12 Parcite de magno præda petenda grege. Tibul.
13 Parcus edat, parcusq́; bibat vir doctus, & æquus. Paling.
14 Paret carnifici, renuens parere parenti.
15 Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus. Hor.
16 Parva facit parvum nidum quæcunq́; volucris.
17 Parvos parva decent, & magnos munera magna.
18 Paucaq́; ſufficiunt homini virtutis amanti. Paling.
⊙19 Paulatim lento ſuccedunt omnia motu.
20 Pauper is eſſe nequit, cui rerum ſuppetit uſus.
21 Pauper in orbe parum, mendicus nil habet usquam. Oven.
22 Pauper divitibus non patienda feret. Ovid.
23 Paupertas odioſa quidem, tamen utile donum. Petr.
24 Paupertas ſola hæc ſuſpicione caret. Petr.
25 Paupertatis onus patienter ferre memento. Cato.
26 Paſcitur in vivis livor, poſt fata quieſcit. Ovid.
27 Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat. Ovid.
28 Paſſula non ſpleni, tuſſi valet, eſt bona reni.
29 Pax Cererem nutrit: pacis alumna Ceres.
30 Pax decet alma hominem, gaudet fera bellua bello. Pal.
⊙31 Pax mihi pro bello placuit blandiſſima ſemper.
32 ——— Pax optima rerum.
33 Pectoribus mores tot ſunt, quot in orbe figuræ. Ovid.

34 Pone



34 Pone moras, brevis eſt magni fortuna favoris.
35 Pœna luenda tibi eſt, adfert injuria cladem.
36 Pœnituit multos vanæ ſteriliſq́; Cathedræ.
37 Pellere vim vi jura ſinunt, & vulnere vulnus.
⊙38 Pelle ſub agnina latuit mens ſæpe lupina.
⊙39 Pellibus ablatis, ſunt bona piſa ſatis.
40 Pellibus inverſis hæc ætas ſubmovet Euros.
41 Pellitur è medio ſapientia, vi geritur res. Enn.
42 Pellunt torporem, cura, labor, ſtudium.
43 Percontatorem fugito, nam garrulus idem eſt. Hor.
44 Perditur in puncto quod non reparatur in anno.
45 Per duodena regit mundi ſol aureus aſtra.
46 Perfer & obdura, dolor hic tibi proderit olim. Ovid.
⊙47 Perfer & obdura, nec te crux terreat ulla.
48 Perfer & obdura, vitæ patientia prodeſt. Ovid.
49 Perfice iter pedibus, ſemipes dum feſſus anhelat.
50 Perge modo, & qua te via ducit dirige greſſum. Virg.
51 Permanet in validis reverentia priſca colonis.
52 Per mare, per terras mercator quæritat aurum.
53 Per piſces & aves multi periere ſcholares.
54 Perquam difficile eſt, vulpem comprendere vulpe.
55 Per quod quis peccat, per idem punitur & idem.
56 Per riſum multum debes cognoſcere ſtultum. Oven.
57 Perſpicuâ brevitate nihil magis afficit aures. Manil.
58 Per varios uſus artem experientia fecit.
⊙59 Peſſimus ad ſummos etiam conſcendit honores.
60 Pharmaca naſcenti ſunt adhibenda malo.
61 Pica loquax varias modulatur gutture voces.
62 Pica ſuos ſaltus diſſimulare nequit. Mart.
63 Pingve ſolum laſſat: ſed juvat ipſe labor.

D 5 64 Pix



" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

64 Pix dum palpatur palpando manus maculatur.
65 Placatur donis Juppiter ipſe datis. Ovid.
66 Plaudit & in mediis, mens cruce preſſa malis.
67 Plebs, dum pro populo Presbyter orat, arat. Oven.
68 Plebs huic raro favet quem carum rex habet, illi. Ovid.
69 Plena laboriferis eſt vita ſcholaſtica curis.
70 Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.
71 Plurima deguſtat ſtomachus, nil concoquit æger. Oven.
72 Plurima qui aggreditur, nihil ipſe at perficit unquam.
73 Plurima ſcire volunt omnes, at ſolvere pauci. Oven.
74 Plures Thyrſigeros, paucos eſt cernere Bacchos.
75 Plures triobolos, paucos eſt cernere vates.
76 Plurimus in cœlis amor eſt, connubia nulla. Oven.
77 Pluris opes nunc ſunt quam priſci temporis anni. Ovid.
78 Plus cunctatoris Fabii mora profuit urbi.
79 Plus valet humanis viribus ira Dei. Ovid.
80 Plus valet in manibus paſſer, quàm ſub dubio grus.
81 Plus vigila, ſemper nec ſomno deditus eſto. Cato.
82 Pocula divitibus ſunt ſæva timenda veneni. Petr.
83 Pocula non lædunt paucula, multa nocent. Oven.
84 Paucula ſunt magnæ quælibet apta ſiti. Petr.
85 Pollicitis dives quilibet eſſe poteſt. Ovid.
86 Pol rectè feciſſe bonis in parte lucrorum eſt. Cato.
87 Pol ſtultum eſt petere id, quod posſit jure negari. Cato.
88 Poma dat & gratos September ab arbore fructus.
89 Pondus Equo tenero decet haud imponere magnum.
90 Poſt inimicitias iram meminiſſe, malorum eſt. Cato.
91 Poſt pyra, da potum, poſt pomum vade cacatum.
92 Poſtera quæque dies à præcedente docetur.
93 Poſt piſces nux ſit, poſt carnes caſeus adſit.

94 Poſt



94 Poſt SIM SUM ſequitur, proxima Luna ſubeſt.
95 Poſt tres ſæpe dies piſcis vileſcit & hoſpes.
96 Præcipito mihi, me poſtquam ſatiaveris eſcâ.
97 Præcipue eſt ſaltus ducere turpe ſenes.
98 Præcocis ingenii non bene durat opus.
99 Præmia magna dabit, pro pietate Deus.
100 Præmia magna quidem ſed non indebita poſco. Ovid.
101 Præmia quis quærit, niſi quem dura urget egeſtas?
102 ——— Præſaga mali mens.
103 ——— Præſens malè judicat ætas.
104 Præſentem monſtrat quælibet herba Deum.
105 Præſentemq; refert ſtella vel una Deum.
106 Præſentem refert una vel herba Deum.
107 Præſervant ficus, nux, ruta, à peſte, & acetum.
108 Præſidet ingeniis Pallas, quæ præſidet armis.
109 Præteritæ veniam dabit ignorantia culpæ. Ovid.
110 Prævalet in manibus ſexcentis una volucris.
111 Primo quæſo ſile, quod vis tacuiſſe ſecundum.
112 Primo ovum rapiens, ſurripit inde bovem.
113 Principibus placuiſſe viris, non ultima laus eſt. Ovid.
114 Principiis obſta, ſero medicina paratur. Ovid.
115 Principis eſt virtus maxima, noſſe ſuos. Mart.
116 Principis ingenium par ſapientis habet.
117 Principium dulce eſt, at finis amoris amarus.
118 Principium fervet, medium tepet, ultima frigent.
119 Principium nihil eſt, ſi conſummatio deſit.
120 ——— Probitas laudatur, & alget. Juven.
121 Prodeſt apta loqui, non tacuiſſe nocet. Petr.
122 Prodiga non ſentit péreuntem fœmina cenſum. Juv.
123 Prodigus eſt ſtultus, donat quæ ſpernit & odit. Hor.

124 Prob

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

# P.

124 *Proh ſuperi? quantum mortalia pectora cæcæ,*
125 *Noctis habent.*
126 *Projicit ampullas & ſesquipedalia verba.* Hor.
127 *Pro magno damno, commoda parva feres.* Petr.
128 *Pro meritis juſtis, præmia juſta dabit.* Oven.
129 *Pro meritis reddi gratia rara ſolet.*
130 *Promiſſis dives quilibet eſſe poteſt.*
131 *Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.* Hor.
132 *Pro patria laus eſt non moritura mori.*
133 *Proſpera divina tibi ſors eſt arte regenda.*
134 *Proſpera ſors celeri præripienda manu.*
135 *Proximus Eccleſiæ ſemper vult ultimus eſſe.*
136 *Proximus eſto bonis, ſi non potes optimus eſſe.*
137 *Proximus ille Deo, qui ſcit ratione tacere.* Cato.
138 *Prudentes quot ſunt, tot ſunt miracula mundi.* Oven.
139 *Prudentis caviſſe viri mala, ferreq́; fortis.* Oven.
140 *Publica privatis anteferenda bonis.*
141 *Publica privatis, ſecernas ſacra prophanis.*
142 *Pugnando fortes claudere fata decet.*

# Q.

1 *Quæ bona, quæ nocitura tibi, cognoſcere fas eſt.*
2 *Quæ caruit vitiis, dulcis ſolet eſſe ſenectus.* Oven.
3 *Quæ culpare ſoles, ea ne tu feceris ipſe.* Cato.
4 *Quæ dos matronis pulcherrima? vita pudica.* Auſon.
5 *Quæ fieri nequeunt prorſus, tentare recuſes.*
6 *Quælibet extinctos injuria ſuſcitat ignes.* Ovid.
7 *Quæ meliora dehinc ſperemus tempora non ſunt.*
8 *Quæ meruit, ſi quisque ferat, juſtiſſima pœna eſt.*



## Q.

9 *Quæ nocitura tenes, quamvis ſint chara, relinque.*
10 *Quæ nunc eſt ætas, non ea ſemper erit.*
11 *Quænam ſumma boni? Mens quæ ſibi conſcia recti.*
12 *Quæ patri facies, filius illa tibi.* Oven.
13 *Quæſitor ſcelerum veniet vindexq́; reorum.* Man.
14 *Quæ ſubitò veniunt, ſubitò quandoq́; recedunt.*
15 *Quærit avara manus lucrum per ſaxa per ignes.* Petr.
16 *Quæ tua nequitia eſt, quod debes, non mihi ſolvis.* Oven.
17 *Quæ venit à Domino ſors mihi, grata venit.*
18 *Quæ virtus & quanta bonis ſit vivere parvo, &c.* Hor.
19 *Quâ flumen placidum eſt, forſan latet altior unda.* Cato.
20 *Qualem commendes etiam atq́; etiam adſpice —* Hor.
21 *Quale ſit id quod ames, cel[illegible] circumſpice mente.* Ovid.
22 *Quales quiſq́; ſibi natos eduxit, habebit.*
23 *Qualis erat mater, filia talis erit.*
24 *Qualia vir patrat talis manet exitus illum.*
25 *Quàm citò bulla perit, tam flos cadit ille juventæ.* Eoba.
26 *Quàm citò purpureos deperdit terra colores.*
27 *Quàm levibus curis magna perire ſolent?*
28 *Quàm malè inæquales veniunt ad aratra juvencæ!* Ov.
29 *Quàm multæ pecudes humano in corpore vivunt?* Palin.
30 *Quàm procul ex oculis, tàm procul ibit amor.*
31 *Quàm pulchrum eſt, hominem pariter doctum eſſe, pro-*
*bumq́;.* Palin.
32 *Quàm pulchrum eſt digito monſtrari ac dicier: Hic eſt.*
33 *Quàm raro egregios pauper ſortitur honores.*
34 ——— *Quandoq́; bonus dormitat Homerus.*
35 *Quando maturè ſeritur, benè creſcit avena.*
36 *Quantula nunc hominum produxit corpora tellus.*
37 *Quantum cunque potes celato crimen amici.* Cato.





" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

38 Quantum quiq́; ſua nummorum poſſidet areâ;
39 Tantum habet & fidei. ———
40 Quantus es, oſtendunt te tua facta virum.
41 Quâ poſitus fueris in ſtatione, mane.
42 Quâ pote quiſque, in eâ conterat arte diem.
43 Quem non ſigna movent, hunc ſua pœna manet. Hor.
44 Quem non verba movent, verbera nulla domant.
45 Quem res plus nimio delectavère ſecundæ
46 Adverſæ quatient. ———
47 Quem ſuperare potes, interdum vince ferendo. Cato.
48 Quem taurum metuis, vitulum mulcere ſolebas. Ovid.
49 Quem tibi divitiæ peperêre, eſt falſus amicus. Oven.
50 Qui benè deſierit vivere, victor erit.
51 Qui benè fecerunt, illos ſua facta ſequuntur. Oven.
52 Qui bona facta facit, tandem bona præmia capit.
53 Qui caret argento, fruſtra utitur argumento.
54 Qui caret uxore, lite u caret atque dolore.
55 Qui capit uxorem, litem capit atque dolorem.
56 Qui carpit mores, ſit ſine labe prius.
57 Qui ſubitò vel bellè negat, tribuiſſe videtur.
58 Quicquid agis, prudenter agas, & reſpice finem. Ovid.
59 Quicquid agis, benè cautus agas, & reſpice Numen.
60 Quicquid agit mundus, Monachus vult eſſe ſecundus.
61 Quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi. Hor.
62 Quicquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt. Virg.
63 Quicquid ſub terra eſt, in apricum proferet ætas.
64 Qui cuivis qvidvis credit, malè creditur illi.
65 Qui ſemel illuſus non ſapit, ille furit.
66 Quicquid turpe vides aut audis, claude feneſtras. Oven.
67 Qui cupis eſſe ſenex, charos venerare parentes.

68 Qui



128 Quisquis amat ſervit, dominatur quisquis amatur. Oven.
129 Quisquis plus juſto non ſapit, ille ſapit.
130 Qui ſcribenda facit, ſcribitve legenda, beatus. Oven.
131 Qui ſcribit, laudatur ab his, culpatur ab illis. Oven.
132 Qui minor eſt autem, quàm tacuiſſe, labor? Ov.
133 Quis ſcit, quid ſummus veſper ab axe vehat?
134 Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt.
135 Qui ſubit invitus, benè nil agit ille laborem.
136 Qui ſtruit inſidias alii, ſibi damna dat ipſi.
137 Qui varias lingvas novit laudatur, amatur.
138 Qui velit ingenio cedere, rarus erit.
139 Qui volucrem nutrit, pro munere ſtercus habebit.
140 Quocunq́; ingrederis ſequitur Mors, corp' ut umbra. Cato.
141 Quod benè fit puero, perit, obliviſcitur ille.
142 Quod caret alternâ requie, durabile non eſt. Ovid.
143 Quod cepit fieri, cepit quandoq́; perire.
144 Quod cultura negat, reddere nemo poteſt.
145 Quod datur æternùm durat, ſequiturq́; dolorem. Oven.
146 Quod donare potes, gratis concede roganti.
147 Quod fieri tibi vis, aliis quoq́; feceris ipſe.
148 Quod fornax auro facit, hoc tribulatio juſtis.
149 Quod latet ignotum eſt: ignoti nulla cupido. Ovid.
150 Quod licet ingratum eſt: quod non licet, acrius urit. Ovi.
151 Quod malè fers, aſveſce, feres benè: multa vetuſtas.
Lenit. ——— Ovid.
152 Quod meritò pateris, patienter ferre memento. Cato.
153 Quôq́; minor ſpes eſt, hoc magis ille cupit.
154 Quod mutare nequis, patienter ferre memento.
155 Quod natura negat, nemo feliciter audet.
156 Quod natura negat, reddere cura poteſt.

E 157 Quod

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

## Q.

157 *Quod nimium eſt fugito, pauco gaudere memento.* Cato.
158 *Quod non ediderit: neſcit vox miſſa reverti.*
159 *Quod non es, nolis: quod potes eſſe, velis.*
160 *Quod noſti haud rectè factum, nolito tacere.* Cato.
161 *Quodq; parum novit, nemo docere poteſt.* Ovid.
162 *Quod parcus ſervat, prodigus ore vorat.*
⊙ 163 *Quod præſtare potes, ne bis promiſeris ulli.*
164 *Quod ſatis eſt, cui contingit, nihil amplius optet.* Hor.
165 *Quod ſi vis morbum tollere, tolle ſenem.*
166 *Quod tegitur, majus creditur eſſe malum.*
167 *Quod tellus largitur, idem poſt illa repoſcit.*
168 *Quodq; tibi nolles aliis feciſſe caveto.* Paling.
⊙ 169 *Quod volo non poſſum, quod poſſum, nolo viciſſim.*
170 *Quò mage vertatur, tantò plus ſordet oletum.*
171 *Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.*
172 *Quò plus eſt motum, tantò plus fœtet oletum.*
173 *Quo plus in vita dormio, vivo minus.*
174 *Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.* Ovid.
175 *Quoq; magis tegitur, tantò magis æſtuat ignis.* Ovid.
176 *Quo quisq; eſt major, magis eſt placabilis iræ.* Ovid.
177 *Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem,*
178 *Teſta diu.* Horat.
179 *Quosq; neges unquam poſſe jacere, cadunt.* Ovid.
180 *Quumq; potes, miſerere inopum, ne deſpice egenos.* Palin.
⊙ 181 *Quum Chriſti miſerè infeſtatur Ovile, triumphat.*

## R.

1 *Rapa juvat Stomachum, novit producere ventrem.*
2 *Rara avis eſt, natis clemens, & juſta noverca.*

3. Rara

## R.

3 *Rara avis in terris, nigroq; ſimillima cygno.* Juven.
4 *Rara datur longo prudentia temporis uſu.*
5 *Rara fides hominum, quia multi multa loquuntur.* Cato.
6 *Rara fides hominum, quos diligo, diligo cautus.*
7 *Rara fides ideò, quia multi multa loquuntur.*
⊙ 8 *Raro funeſtus fur ſine fune perit.* Oven.
9 *Rebus in adverſis, animum ſubmittere noli.* Cato.
10 *Rebus in adverſis, certa probanda fides.* Oven.
11 *Rebus in adverſit magnum munimen amici.* Palin.
12 *Rebus in adverſis patientia vera probatur.* Oven.
13 *Rebus in adverſis vera probanda fides.*
14 *Rebus in ambiguis aliorum conſule mentem.*
15 *Rebus in anguſtis facile eſt contemnere vitam.* Mart.
16 *Refricanda tibi haud veteris ſunt jurgia litis.*
17 *Regia (crede mihi) res eſt, ſuccurrere lapſis.* Ovid.
18 *Regis ad exemplum totus componitur orbis.* Claud.
19 *Regnat in hoc ſeclo paſſim furibundus Apollo.*
20 *Rem decoxit iners Chymicus, dum decoquit aurum.* Oven.
21 *Rem tentare, pudor, quam vires ferre recuſant.*
22 *Rem tibi promiſſam certo promittere noli.* Cato.
23 *Rem tibi quam noris aptam, dimittere noli.*
24 *Res eſt ſolliciti plena timoris, amor.* Ovid.
25 *Res eſt gratuitá plena ſalute, Fides.*
26 *Res mala vicinus malus eſt, tamen ille ferendus.* Petr.
27 *Res mundo vilis Schola, Præceptorq; fidelis.*
⊙ 28 *Reſpice mente Deum, mentis qui compos es: Unus*
⊙ 29 *Rebus in omnibus eſt omnibus Omne DEUS.*
30 *Res ſemper ſtultis ex novitate placet.*
31 *Reſtituunt furtum fures, vi rapta, latrones.*
⊙ 32 *Res valet, ars præſtat, ſi res perit, ars mihi reſtat.*

 33 Ridetur

32

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"
/314.ig.j./

# R.

33 Ridetur, chordâ qui ſemper oberrat eadem. Hor.
34 Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Juv.
35 Romulidarum acris ſervator candidus anſer, Luc.
36 Rumores fuge, ne incipias [illegible] autor haberi. Cato.
37 Rumor rumores, errores p[illegible]it error. Oven.
38 Rumpitur invidiæ quod amamur, quodq́; probamur. Mart.
39 Ruſtica gens eſt optima flens, ſed peſſima gaudens.
40 Ruſtica turba ſuos neſcit deponere mores.
41 Ruſticus agricolam, miles fera bella gerentem,
42 Rectorem dubiæ navita puppis amat. Ovid.
43 Ruſticus inflatur, nimium ſi ſæpe rogatur.
44 Ruſticus expertum deflet cecidiſſe juvencum.

# S.

1 Sacrum non violat, qui facienda facit.
2 Sæpe animi falſi fraus, nocet ipſa ſibi.
3 Sæpe bono auſpicio finis amara venit. Petr.
4 Sæpè bonos mores rapiunt convivia menſæ. Petr.
5 Sæpè dat una dies, quod totus non dedit annus. Virg.
6 Sæpè Deos aliquis placando fecit iniquos. Ovid.
7 Sæpè Deus, quæ ſunt triſtia, læta facit.
8 Sæpè etiam eſt olitor valdè oportuna locutus.
9 Sæpè etiam virtus ingenioſa latet.
10 Sæpè etiam parvis gratia rebus ineſt.
11 Sæpè fit expulſâ nube ſerena dies.
12 Sæpè labore levi cavi nocumenta futura.
13 Sæpè latent humili fortes in corpore vires.
14 Sæpè levi ſomnum videtur inire ſuſurro.
15 Sæpè liber paucis multa, ſed apta, docet.

16 Sæpe

# S.

16 Sæpè loquax verbis proditur ipſe ſuis. Oven.
17 Sæpè lupus laniat numeratos callidus agnos. Virg.
18 Sæpè mali malefacta viri populus luit omnis.
19 Sæpè malum non tàm, quàm metus ipſe, nocet.
20 Sæpè nates ſcabras facies commendat honeſta.
21 Sæpè natatores ſubmerguntur meliores.
22 Sæpè neceſſe gravem currere cogit anum.
23 Sæpè patris mores imitatur filius infans. Ov.
24 Sæpè ſibi proprium fecit puer ipſe flagellum.
25 Sæpe ſiniſtra cavâ prædixit ab ilice cornix. Virg.
26 Sæpè ſolent auro multa ſubeſſe mala. Tibul.
27 Sæpè ſolent cenſus hominum pervertere ſenſus.
28 Sæpè ſolent damnum, damna novella ſequi.
29 Sæpè ſtylum vertas, iterum quæ digna legi ſunt
Scripturus. Hor.
30 Sæpè ſub argento latet æs, ferrumq́; ſub auro. Palin.
31 Sæpè tacens odii ſemina vultus habet. Ovid.
32 Sæpè viâ obliquâ præſtat, quam tendere rectâ.
33 Sæpius æthereos feriunt vaga fulmina montes.
34 Sæpè via brevior recta eſt quæ flexa videtur.
35 Sæpius exoptata ferunt faſtidia nobis.
36 Sæpius ignotis benè nans ſepelitur in undis.
37 Sæpius ima petunt, melius qui ſcandere norunt.
38 Sæpius in magnis nam mora rebus obeſt.
49 Sævum prælustri fulmen ab arce venit.
40 Salvia cum ruta faciunt tibi pocula tuta.
41 Sal virus refugat, rectè inſipidumq́; ſaporat.
42 Sanat, ſanctificat, ditat quoq́;, ſurgere mane.
43 Sanctorum vitas legere, & non vivere, fruſtra eſt.
42 Sangvine fundata eſt Eccleſia, ſangvine cepit,
45 Sangvine ſuccrevit, ſangvine finis erit.

46 San-

33

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

# S.

46 Sangvine purgatus ne carpas protinus eſcas.
47 Sangvine ſubtracto ſex horis eſt vigilandum.
48 Sat facit indoctus fidicen ſaltare volenti.
49 Saturnus prior eſt, hinc Iupiter, inde Gradivus.
50 Saxa etiam longum faciet luceſcere tempus.
51 Scalpitur interdum caput ex prurigine nulla.
52 Scilicet accenſo domus eſt ornatior igni.
53 Scilicet eſt aliquid longinquas viſere terras.
54 Scilicet eſt cupidus ſtudiorum quisq; ſuorum, Ovid.
55 Scilicet haud una capitur ſapientia ſede,
56 Sed variis terris quæritur atq; locis.
57 Scilicet ingeniis aliqua eſt concordia junctis. Ovid.
58 Scilicet ingenium placida mollitur ab arte. Ovid.
59 Scilicet inſano nemo in amore ſapit. Prop.
60 Scilicet interdum miſcentur triſtia lætis. Ovid.
61 Scilicet in vulgus manant exempla regentum. Claud.
62 Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. Virg.
63 Scinduntur veſtes, gemmæ franguntur & aurum. Ovid.
64 Scire Mathematicen, ſi quis vult, diſcito Græcè.
65 Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc, ſciat alter. Perſ.
66 Scire volunt omnes, mercedem ſolvere nemo. Juv.
67 Scit benè venator, cervis ubi retia tendat. Ovid.
68 Scribentem juvat ipſe favor, minuitq; laborem. Ovid.
79 Scribimus indocti, doctiq; poëmata paſſim. Hor.
70 Scriptorũ chorus omnis amat nemus, & fugit urbes. Hor.
71 Sed mora damnoſa eſt, nec te dubitare remittit.
72 Sed neſcis, quanti lateant in floribus hydri.
73 Sed non omne mare eſt generoſæ fertile teſtæ. Hor.
74 Sed nos in vitium credula turba ſumus. Ovid.
75 Sed ſolet interdum fieri placabile numen. Ovid.

76 Sedula

# S.

194 Spes etiam validâ ſolatur compede vinctum. Tib.
195 Spes famæ ſolet ad virtutem impellere multos.
196 Spes fovet, atq; eadem ſperantem torquet & angit. Petr.
197 Spes fovet, & melius cras fore, ſemper ait.
198 Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella. Auſ.
199 Spicea ſerta gerit calidiſſima ſolibus æſtas.
200 Spiritus eſt magnus, qnamvis ſim corpore parvo.
201 Splen ridere facit, cogit amare jecur.
202 Sponte bonis mos eſt, convivia adire bonorum.
203 Stare diu neſcit, qui non aliquando quieſcit.
204 Stat ſua cuiq; dies, breve & irreparabile tempus. Virg.
205 Stellis ac herbis vis eſt, ſed maxima verbis.
206 Stertentem ſternit belli fortuna fugantem. Petr.
207 Strangulat in menſis plures gula, quam necat enſis.
208 Stulta hæc invidia eſt, cui cuncta recentia ſordent. Oven.
209 Stulta piis animis inſania nulla nocebit. Petr.
210 Stulta placent ſtultis obſonia queisq; palato. Paling.
211 Stulte quid eſt ſomnus? gelidæ niſi mortis imago.
212 Stultitia, alterius damno ſperare ſalutem.
213 Stultitia eſt, morte alterius ſperare ſalutem. Cato.
214 Stultitiam patiuntur opes, tibi parvula res eſt. Hor.
215 Stultitiam ſimulare loco, prudentia ſumma eſt. Cato.
216 Stulti dum vitant vitia in contraria currunt. Oven.
217 Stulti ſunt, qui pro certis incerta ſequuntur.
218 Sua cuiq; Deus fit dira Cupido. Virg.
219 Sub longis tunicis brevis eſt animus mulieris.
220 Sub noctem cura recurſat.
221 ——— Sub paupere tecto.
222 Sub cruce quære Deum greſſu properante: tueri.
223 Sub cruce te quavis, vultq; valetq; Deus.

224 Sudorem

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

## S.

224 Sudorem poſuere Dii Virtutis ad arcem. Ovid.
225 Succesſore novo, pellitur omnis amans.
226 Summa rudes aſini rerum faſtigia ſcandunt.
227 Sume cibum modicè, modico natura fovetur.
228 Summum crede nefas animam præferre pudori. Juv.
229 Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam
Viribus: Hor.
230 Sunt aliquid Manes, lethum non omnia finit. Prop.
231 Sunt apinæ tricæq́, & ſi quid vanius illis. Martial.
232 Sunt duo, quæ faciunt, ut Rex in honore ſit: ARS, MARS.
233 Sunt duo quæ faciunt, ut quis ſit nobilis. ARS, MARS.
234 Sunt etiam docti re pauci, nomine multi. Paling.
235 Sunt etiam parvis animi, ſunt numina rerum.
236 Sunt hominum morbi mille, ſed una ſalus.
237 Sunt & quot faciunt corda ſuperba rudes.
238 Sunt nutritiva plus dulcia candida vina.
239 —— Sunt nova grata magis.
240 Sunt, quicunq́ ſciunt omnia, quiq́ nihil. Oven.
241 Sunt quod non præſtant corpore, mente parant.
242 Sunt ſcurræ fatui, ſed inutilis aulica turba.
243 — Superando omnis fortuna ferendo eſt.
244 Suſpectum fuge, ſi vis bonus eſſe, locum.
245 Suſtineas ut onus, nitendum eſt vertice recto. Ovid.

## T.

1 —— Tandem bona cauſa triumphat.
2 —— Tandem fit ſurculus arbor.
3 Tantum relligio potuit ſvadere malorum.
4 Tardius an citius nil refert, ſi moriare. Palin.

Te vero Roma manu nuda date tela latete.

5 Tecta

## T.

5 Tecta fremunt, reſonat magnis clangoribus æther. Virg.
6 Tecum habita, & noris, quam ſit tibi curta ſupellex. Perſ.
7 Te laudare cave, proprio laus ſordet in ore.
8 Temperie cœli corpusq́ animusq́ juvatur.
9 Tempora labuntur, tacitisq́ ſeneſcimus annis:
10 Tempora ſunt eadem, fruſtra expectas meliora. Petr.
11 Tempore crevit amor, qui nunc eſt ſummus habendi.
12 Tempore felici multi numerantur amici.
13 Tempore namq́ iſto vitio datur, eſſe pudicum, Mart.
14 Temporibus mores ſapiens ſine crimine mutat. Cato.
15 Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam. Ovid.
16 Terra malos homines nunc procreat atq́ puſillos.
17 Terra pilæ ſimilis nullo fulcimine nixa.
18 Ter tria ſeclâ virûm transmittit garrula cornix. Hor.
19 Te tollat ſubitò, qui te non noverit unquam.
20 Tollunt torporem, cura, labor, ſtudium.
21 Tollitur è medio ſapientia, vi geritur res.
22 —— Trahit ſua quemq́ voluptas.
23 Tranſit honor, tranſit fortuna, {potentia / pecunia} tranſit.
24 Trita beat, damnat corda ſuperba Deus.
25 Tu major, tibi me eſt æquum parere Menalca. Virg.
26 Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.
27 Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito. Virg.
28 Tu nihil admittas in te formidine pœnæ. Hor.
29 Tu nihil invitâ dices, faciesq́ Minervâ. Hor.
30 Turba gravis paci placidæq́ inimica quieti.
31 Tu rectè vivis, ſi curas eſſe quod audis. Hor.
32 Turpe eſt fœmineis ſemper adeſſe choris.
33 Turpe eſt amiſſo claudere ſepta grege. Ovid.

34 Turpe



" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

34 Turpe eſt, emanſiſſe diu, vacuumq́; rediſſe.
25 Turpe quid auſurus, te. ſine teſte, time. Auſon.
